



**Jubilæum Sæculare Ecclesiæ Catholicæ Per Septendecim  
Sæcula Militantis & Triumphantis Contra Idololatriam,  
tyrannos, hæreses, schismata, errores, & scandala**

Per Septendecim Sæcula Militantis & Triumphantis Contra Idololatriam,  
tyrannos, hæreses, schismata, errores, & scandala ; Ex Annalibus  
Ecclesiasticis collectum Pro Xenio Oblatum Academicæ Sodalitati  
Dominorum B. Mariæ Virginis Annunciatæ Herbipoli, Anno ...

**Herbipoli, 1700**

Sæculum Octavum. Continens res Ecclesiæ memorabiles ab anno Christi  
700. ad annum 800.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64756)





# SÆCULUM OCTAVUM.

Continens res Ecclesiæ me-  
morabiles ab anno Christi 700.  
ad annum 800.

✱ *Ab anno 700. ad annum 710.* ✱

701. **S**ANCTUS Sergius Papa diem obiit,  
✱ ROMÆ in Basilica S. Petri sepultus,  
ex cuius Epitaphio constat, quod ab aliis  
scriptoribus silentio prætermittitur, eum  
per Joannem quendam Sedis invasorem  
pulum per septem annos exulasse. Succes-  
sit Sergio Joannes VI. natione Græcus, ad  
quem primo anno suæ creationis venit e  
Sicilia Theophylactus Patricius & exar-  
chus Italiæ, ut creditur, aliquid pecuniæ  
extorturus, quod ubi Ducibus militibus  
innotuit, repentè universa Italiæ militia  
Romam advolavit, ut Pontificem contra  
iniquos exactores protegeret, quorum  
furore Theophylactus discerptus fuisset,  
nisi ipsius Pontificis charitas & tutela libe-  
rasset.



raſſet; Et ab hoc tempore Exarchorum vi-  
res & auctoritas valde imminui & infirmari,  
econtra Romani Pontificis augeri & robo-  
rari cœpit, ut poſt hæc Imperatores non  
ampliùs inſultantes, ſed ſupplices exar-  
chos ſuos mittere ſolerent.

In Hiſpania deſuncto Rege Egicane ſo-  
lus Witiza moderari incepit. Cujus im-  
menſa vitia Saracenis portam aperuerunt,  
ut in Hiſpaniam fortiffimo impetu inſtar  
torrentis irruerent, & regnum deſiceret, &  
Epiſcopi qui furentem Regem, Sacra om-  
nia & profana commiſcentem, & omnium  
ſclerum habenas ſibi ſuiſq; laxantem co-  
hibere non volebant, in captivitatem, ec-  
cleſiis dirutis & direptis, omniq; felici-  
tate regni peſſundatâ, abducerentur, quo-  
rum omnium malorum fons erat, quod  
Princeps impius ab Eccleſia Romana & ſu-  
premo Capite ſe ſuoſq; violento divor-  
tio ſegregaverit, jura antiqua violaverit, &  
tam grandia fecerit, ut à Deo vindice virga  
ferrea tanquam vas figuli confringi me-  
ruit.

✠(702.)✠ Justinianus Rhinotritus,  
(qui hætenus Imperatoris juffu exulârat,)   
vindiçtæ ſumendæ irrefringibili deſiderio  
ardens Chajani Lazorum Regis (cujus ſo-  
rorem matrimonio ſibi junxerat) ope im-  
plora-



ploratâ arma paravit, legationemque mittens ad Trebellium Bulgarorum Regem ut ejus auxilio restitui posset, illud effecit, ut anno sequenti furoris sui atque vindictæ terribilem tragœdiam Constantinopoli exhiberet. Ferunt in eo tam infanum fuisse vindictæ ardorem, ut cum moneretur in navigatione exortâ tempestate faciendi voti se inimicis parciturum, si incolumis ab hoc periculo evaderet, imo; dixerit, *statim demergar, si eorum cuiquam parciturus sum.*

✱(703.)✱ Trebellius Rex Bulgarorum clanculo per aquæductum ingressus cum suis Constantinopolim Justinianum collocat in folio præmissâ sanguinariâ tragœdiâ, quâ fugientes, Tiberius Absimar, & frater ejus Heraclius, cum multis patriciis captus, & mox primores in muro civitatis supplicio affecti, Absimarns autem atque Leontius qui primus occuparat Imperium, vincti per urbem in Pompa deducti, & in ludis Circensibus repræsentati, usque ad solutionem primi bravii, ubi cum Justiniano Trebellius cervices eorum pedibus calcavit, universo populo illud Davidicum acclamante. *Super aspidem & basiliscum ambulasti & conculcasti Leonem & Draconem.* Inde utrique caput demeti jussit, in-



numerabilem quoque multitudinem tam civium, quam militum extinxit, & plures faccis inclusos in mare projecit, atque alios cum ad prandium vel cœnam accumberent, mox ut surgerent, cervicem incisione perdiussit. Sed & Callinicum Constantinop. Patriarcham oculis orbatum Romam relegavit, suffecto in ejus locum Cyro quodam Amatricis Insulæ Monacho, qui ei Imperii recuperationem prædixerat. Posthæc restitutus Justinianus Trebellium Bulgarorum Regem muneribus dignè donatum ad propria dimisit; filium verò suum Tiberium & filiam Theodoram pariter Imperiali coronâ insignivit, hæc demum poenâ coronati, & Ecclesiæ Romanæ matri immorigeri atque rebelle vertices, justo Dei judicio per Justinianum, ad furorem usq; vindictæ appetentissimum, humiliati sunt.

Obiit hoc anno Cunipertus Rex Longobardorum relicto filiolo Luithperto sub tutela Asprandi viri magni, unde multi tumultus sunt consecuti.

✱(704.)✱ Civiles motus qui Longobardos lacerarunt, hoc anno terminati sunt Victoria Ariperti sublatis æmulis, pacificè rerum potentis. Qui cum victoriam ob-  
ten-



tentam adscriberet precibus S. Boniti Arvernensis Episcopi tunc temporis ad limina Apostolorum Episcopatu relicto proficiscens, Sanctæ sedi ereptas Alpes Cotias reddidit, sicque res suas pietate partas, pietate firmavit.

Florebat his temporibus Anglicana Ecclesia, in qua duo Reges Merciorum Pater & filius Edilredus & Coënredus posita purpurâ Monachi saccum induerunt. Si **b** Coënredo contigit mors aulici illius famosa, qui a Rege suo sæpius admonitus, ut confiteretur & emendaret scelera sua; priusquam morte præoccuparetur, poenitentiam suam in longum procrastinans agere neglexit: quem dum gravi infirmitate prostratum Coënredus denuò admoneret, respondit nec se velle, nunc, nec id hunc agere posse ne forte exprobrarent Sodales quòd timore mortis faceret, quæ sospes noluerat, facturum igitur si ex infirmitate resurgeret. Sed miser paulò post à duobus etiam Angelis visitatus & ad poenitentiam incitatus, cum neque sic moveretur, à Dæmonum tandem catena circumdatus, advenienti iterum Regi perditum se significavit & æternum infelicem animam efflavit.

✱(705.)✱ Defuncto Joanni VI. Papæ



successit Joannes VII. natione Græcus, qui rogatus ab Imperatore ut approbaret Synodum Quini-sexam: ipse quoque fortiter recusavit. Observandus est autem singularis quidam astus Græcorum, quoniam sunt omnibus modis Romanam sibi Ecclesiam subiicere; cum enim tyrannicis confirmationi Pontificis tandem renunciassent Imperatores, alia id via efficere studuerunt, allaborantes nimirum ut in Collegium S.R.E. Clericorum, adlegerentur multi Orientales, iidemque operâ Exarchorum crearentur in Pontificem hinc evenit ut his temporibus tot Græcæ nationis & ex aliis Orientalibus Pontifices federint. Sed verè miraculi loco habendū est, quod iidem Pontifices creati Apostolicæ Sedis, Spiritum pariter Apostolicum & Spiritum veritatis & fortitudinis hæreditaverint, adversus omnes conatus Imperatorum & Orientalium Episcoporum invicti fidei propugnatores.

✱(706.)✱ Justinianus valde ingratus erga Bulgaros exercitum eduxit, sed mox dignas pœnas retulit, in fugam enim cum suis abactus, cum paucis Constantinopolim reversus est. Nec fortis hostis, nec bonus ac gratus amicus.

✱(707.)✱ Joannes hujus nominis VII. mori-



moritur & Sedes tribus mensibus vacat.

✱(708.)✱ Sisinius Papa natione Syrus dies viginti sedit & morte repentina extinctus est. Podagricis doloribus ita tenebatur ut aliorum ministerio cibos sumere cogeretur: Successor illi datus Constantinus filius Joannis æquè ac Sisinius.

Felix Archiepiscopus Ravennensis à Pontifice consecratus & redux Ravennam, civium suorum schismate seductus, deficit à Romana Ecclesia, cuj<sup>9</sup> rei causâ Imperator misso Theodoro Patricio cum exercitu civitatem occupavit, & rebelles victos Constantinopolim ductos morte punivit. Felicem autem oculis erutis in Pontum relegavit, qui tamen quantumvis cæcus dicitur, fuisse restitutus, imò etiam post mortem miraculis claruisse.

✱(709.)✱ Constantinus Papa à Justiniano vocatus, Constantinopolim solvit magno Ecclesiasticorum comitatu, & ubique imperatorio honore exceptus est: qui etiam Theodorum Patricium gravi infirmitate vexatum in itinere occurrentem sanavit. Cùm interea Joannes Rizocopus Exarchus Romam venit, ibique viros aliquos nobiles interemit, & pergens Ravennam occubuit, non diu dilato patratae crudelitatis supplicio.



Childebertus III. Rex Francorum regni sui 17. anno, reliquit illud filio suo Dagoberto II. Erat autem his temporibus non tam regnum, quam imago regni, cum regnum ipsum Pipinus administraret, ejusque filius Magister Domus: cui hanc dignitatem hæreditariam, simul aditum ad regnum concesserat.

✱(710.)✱ Constantinus magnificè excipitur Constantinopoli, cui Justinianus Nicomediam usque obviam processit, pedesque ejus osculatus, ruit in amplexus. Causa exhibiti honoris & Imperatoriæ benevolentiae non alia fuisse videtur, quam ut Canones QUINI-SEXTÆ SYNODI approbarentur, fortiter autem restitit Constantinus operâ Gregorii Diaconi, qui ei successit.

Rebellârunt tum populi Bosphori inq; Chersoneso, in quos atrociter sæviit Imperator, interfectis etiam infantibus, ad hominum 73. millibus variis in locis immaniter trucidatis, quâ atrocitate neque sibi neque imperio consuluit.

Mortuo in Hispania Witizæ successit Rodoricus, qui improbitate antecessori minimè cessit, sed Hispaniam ruentem in exitium ultimum sceleribus suis impulit.

DECAS





## DECAS II.

✠ *Ab anno Christi 710. ad annum 720.* ✠

711. **R**ediit Romam ex Oriente Constantinus, nullo alio operæ pretio, quam quòd Imperatorem viderit, & honoratus ab eo fuerit.

S. Swibertus fundamenta jacet religionis Christianæ in Saxonia.

Chersonesii atrocitate Justiniani exasperati, auxilium flagitant a Chajano Rege Lazorum, jamque potentes & parati resistere, quosdam Imperatoris Duces dolo admissos Chersonam, obtruncant, & renunciant Imperatorem Bardonem Philippicum, qui olim à Tiberio Absimaro relegatus in Cephaloniam insulam, postea revocatus fuerat à Justiniano, ut bellum contra Chersonesios gereret, unde rursus ob excitatos tumultus ad Chajanum confugerat. Cum autem alii quoque Duces ab Imperatore missi adversus rebelles, nihil profecissent, veriti Constantinopolim redire, Philippico se conjunxere. Quare hic jam magno exercitu auctus Constantinopolim properat, præmissoque Mauro Patricio cum copiis adversus Tiberium, & Eliam



contra Justinianum ipse cum omnibus copiis assumpto Imperatoris nomine sequitur. Maurus Tiberium interceptum ad Blachernas in æde B. Virginis altare prestantem unâ manu, & altera lignum Crucis cum reliquiis Sanctorum è collo suspensis, per vim extractum (frustra deprecante aviâ Anastasiâ ad Mauri pedes una cum puero suppliciter pervolutâ) interfecit. Elias autem Philippici in exilio comes (cujus filium in sinu matris Justinianus jugularat, ejusque conjugem Indo coquo uxorem dederat) adversus Imperatorem progressus, pollicitus omnibus impunitatem, magnam copiarum partem ad se attraxit. Mox furiosè in Justinianum irruens, ei caput validissimo ictu amputavit, idque ad Philippicum misit, inde Romam translatum, ut vir crudelissimus ubique timeri desineret. Sic Hyena sitiens humanum sanguinem, suo suorumque supplicio poenas Deo justo vindici persolvit.

✱(712.)✱ Philippicus moribus turpissimus, & Monothelitarum fautor prout pollicitus fuerat cuidam pseudo-monacho incluso & Monothelitæ, à quo promissum ei fuerat Imperium, se sextam Synodum aboliturum, hoc anno stare pactis aggreditur. Cyrum ergo Catholicum Episcopum



pum sede Constantinopolitanâ deturbat, ejusque loco Joannem pseudo-monachum Monothelitam substituit, alter enim monachus illi imperii vates, & pro mercede ad Episcopatum destinatus, oculos perdidit. Factus iste Episcopus statim Synodum convocat, & sextam Synodum abolet, & omnia Synodi illius statuta impudentissimè damnat, mittitque acta hujus conciliabuli ad Romanum Pontificem professionis fidei locò, ut se non Monothelitam tantum, sed etiam impudentem hæreticum profiteretur. Ad quæ populus Romanus justâ indignatione commotus, & Imperatorem execratus, neque ejus imaginem ut moris erat, honorandam exposuit, neque pecuniam ejus effigie signavit, nomen quoque ejus in sacrificio missæ & orationibus tacuit, quin & Petrum urbis Ducem exclusit, armato adversus eum veteri Duce Christophoro, qui ad interitum usque Philippici inter se tumultu contenderunt. Atque sic impii Principis Imperium nutare cœpit.

Moritur Aripertus Longobardorum Rex, regnum relinquens Ansprando, qui illud tenuit tantum tribus mensibus, & vitâ sanctus successorem habuit filium suum Luithprandum, seu Leuthprandum, qui



annis 3. regnavit, ejus initium à pietate & liberalitate in Romanam Ecclesiam auspiciatus est.

✱(713.)✱ Philippicus pridie festi Pentecostes post convivium primoribus civitatis exhibitum, à Patriciis interceptus, & excœcatus, atq; in exilium relegatus est. Festo autem Pentecostes Arthemius, qui Philippico erat à secretis, in magna ecclesia coronatus & Anastasius II. cognominatus est. qui statim turbatam Ecclesiæ pacem restituit, & sinceram fidei confessionem ad Pontificem Romam, & ipse vicissim Apocrisarium, qui pœnitentes nomine Apostolicæ Sedis reciperet, Constantinopolim misit.

Rudericus Hispaniarum Rex injuriam Patris sui, quem Witiza excœcaverat, ulciscens, in ejusdem Witizæ progeniem desævit, duos ejus filios Fumalum & Erpulsionem ex Hispania cum summo dedecore expellit. Hi ad Julianum Tingitanæ, in Africa, Provinciæ, quæ Gothis parebat, comitem confugientes, eundem jam satis offensum Ruderico (quod is filiâ suâ Cavâ, quam in conjugem dederat, uteretur ut pellice) inducunt ad vindictam sumendam de Saracenis, qui maximam Africæ partem possidebant. Adhæc Julianus occul-  
te



tē quoque instigat Francos, ut Galliam Narbonensem à Gothis dominatam invaderent. ipse interim fraudulenter consulit Ruderico, ut Hispaniam, in qua tranquillā pace frueretur, armis nudans in Gallias & in Africam adversus Gallos & Saracenos copias suas emittat. Favebat huic proditioni Oppa filius Witizæ, Episcopus Ecclesiarum Toletanæ & Hispalensis. His igitur præviis molitionibus ULTT fortissimus Rex Saracenorum Juliani & filiorum Witizæ ductu Ducem Tariffum Strabonem cum exercitu 25 millium fortissimorum virorum in Hispaniam præmisit, qui mox magnā urbium parte potiti sunt, adversus quos Rudericus Rex armis quibus potuit collectis, multos dies fortiter pugnavit, & plura hostium millia occidit. Donec Muza exercitus Africani Regis Princeps cum infinita equitum peditumq; multitudine in Hispaniam irrupit, & post fortia utrinque prælia Gothos tandem fugavit, & internecione delevit, ipsoque occiso Ruderico totā Hispaniā potitus est. Gothi quoque ex altera parte a Gallis penitus consumpti sunt. Et sic pœne periit Hispania Christianitati adempta, & data Saracenis, quæ ex Principum suorum contaminatissima vita Mahumetanorum mores jam induerat.



✱(714.)✱ Obiit Constantinus Pontifex, cui successus est Gregorius hujus nominis II. eruditione & sanctitate antecessori haud impar, uno omnium consensu Pontificatu dignissimus judicatus.

Mortuus est eodem anno Pipinus de Herstallo cognomento Crassus Major Domus & Principum Franciæ tutor & magister. Susceperat hic ex Plestrude legitima suâ conjuge Brogonem Campaniæ Ducem & Principem Grimoaldum quem Majorem Domus Chilberici, ac deinde Dagoberti constituit. Sed hoc cæso per Rangarium à focero suo Roberto invitatum, substitutus ei fuerat Theodandus ejus filius Nothus ex Alpaide verò pellice genuerat idem Pipinus Carolum Martellum, & ut plerique putant fratrem ejus Childebrandum, unde Cæpetiana familia profluxisse creditur: Sed hic diu mansit incognitus: Carolus Martellus creatus à Patre Dux Austrasiæ, atque à Plestrude Coloniæ detentus in carcere, dignum se Pipino præstitit, atque familiæ suæ ad Regium Franciæ thronum proximum gradum substravit, cui Pipinus jam alios supposuit.

✱(715.)✱ Anastasius Imperator deposito Joanni Constantinop. substituit S. Ger-



Germanum, cuius Patrem necarat Constantinus Imperator & ipsum castrari iusserat, hic ergo genere & scientia & virtute magnus ostendit viris illustribus sæpe magnas calamitates gradus esse ad magnos honores, & adversis fortunæ casibus sublimia ingenia non deprimi.

Duces Anastasii inter se discordes tumultuantur apud Rhodum, ideoque pars quæ prævaluit, verita Imperatorem, & metuens redire Constantinopolim apud Adramyttum civitatem maritimam, Theodosiū quendam tributorū publicū exactorem, invitum licet & latebras quærentem Imperatorē se dicere coegerunt. Hic Constantinopolim statim obsedit, & post sex menses per prodicionē potitus est, moxq; Anastasium exauكتورatum monasterio includit, & imperare coepit. Fuit autem Theodosius iste Catholicus & propugnator fidei, qui statim restituit imagines, quibus sex Oecumenicæ Synodi depictæ erant, quas impius Philippicus oblitteravit, & hoc facto Catholicis magnam spem, Monothelitis autem ingentem metum iniecit.

Gregorius Papa Urbi à Longobardis metuens eum moenibus circumvallare aggreditur. Sed discussit opus Cumanum

Ca-



Castrum, à Luitprando occupatum; quod tandem à Neapolitanis magnis sumptibus receptum est.

In Francia Dagoberto II. mortuo succedit Chilpericus II. ante Daniel dictus, quem Ordinibus sacris jam initiatum, è Monasterio extraxerunt & (posthabito Theodorico filio ejusdem Dagoberti Clerico attonso & adhuc juvene) ad Thronum Galliæ extulerunt, erat enim ex sanguine Regio, fortè frater Nothus Dagoberti.

✠(716.)✠ Petronax civis Brixianus suadente Gregorio Cassinum monasterium jam ab annis centum quadraginta per Longobardos excisum reparavit, & Monachis implevit, quibus ipse præfuit fecitque eruditionis & Præsulum Ecclesiæ nobile & locuples Seminarium.

Saraceni Christianis eripiunt Legionem vi & Toletum proditione Judæorum, & urbe utraq; funditus excisæ, jam totius Hispaniæ dominantes sedem regni Cordubæ constituunt. Passi sunt tamen inter se vivere Christianos, & habere templa modo pensitarent menstrua tributa, & templorum oblationes iis cederent, pecuniæ quàm Religionis sollicitiores.

✠(717.)✠ Theodosius deposito imperio



rio & curis Imperialibus consentiente S. Germano Patriarcha Leonem Isaurum ejus nominis tertium cognomento Cononem Imperatorem creat, & ipse cum filio suo Clericus factus Ephesi tandem sanctè mortuus est, & post mortem miraculis etiam coruscasse dicitur. Tumulo suo inscribi curavit hanc vocem Epitaphii loco SANITAS: quâ profitebatur solâ morte pravos animi motus extingui. Leone autem jam Imperatore facto fœx Judæorum fermentare cœpit gaudiis, iis enim promiserat Leo, se Imperatorem factum (quod adulatores & impostores Judæi futurum esse pollicebantur) omnia, quæ postularent, concessurum.

Pergamum obsidetur à Saracenorum Principe Masulma & occupatur, in pœnam scilicet sui execrabilis sacrificii, quo se cives ejus polluerunt: decepti enim ab impostore quodam mago incisâ muliere jam pariturâ, extractum parvulum in Cacabo coxerunt, & in hoc detestabili sacrificio quod Dæmoni immolabant, omnes qui bellare adversus Saracenos volebant, dexteræ manûs suæ manicam intinxerunt. Quid mirum si à Deo hostibus traditi fuerint & penitus everfi tam improbi cives?

Idem Masulmas Constantinopolim bi-  
enna-



enniali (scribunt alii trienniali) obsidio-  
ne coarctat, sed auxilio Beatissimæ Virgi-  
nis cujus Imaginem cives piissimâ suppli-  
catione, dirigente S. Germano per muros  
civitatis circumduxerunt, Urbs ad extre-  
mum periculum deducta liberata est & Sa-  
raceni tunc terrâ marique tam cælitus,  
quàm ab hominibus immixtis magnis cla-  
dibus attriti sunt.

Pestis & fames Constantinopoli trecen-  
ta hominum millia absumpsit. Romæ etiam  
terribilis Tiberis inundatio contigit, quâ  
multæ domus everse, cessavit tamen octa-  
vo die quo Deus litiis & orationibus  
crebris placatus aquas in alveum suum re-  
duxit.

✽(718.)✽ Harumar expulso Masulma  
Princeps Saracenorum cum primum regi-  
nare cepit, ad placandum Deum Sarace-  
nis tot immixtis cladibus iratum, subditis  
suis vini usu interdixit, & adversus Chri-  
stianos, quos Dei hostes putabat, edictum  
promulgavit quo promissâ tributorum  
immunitate ad deferendam fidem invita-  
vit, & detrectantes pœnæ mortis subiecit.  
Ausus etiam ipsum Leonem Imperatorem  
litteris tentare & ad Christum ejurandum,  
incitare. Neque tamen Christianis idè  
metus incussus, imò fiducia & robur majus  
inde accrevit.



In Sicilia opera Sergii Proto-Spatharii Artemius Imperator creatus est, sed missus à Leone Paulus Chartularius seditiosos sustulit, & Pseudo-Imperatorem vivum combussit, & auctoris incendio rebellionis flammam extinxit.

In Hispania Astures omnes in unum collecti super se Principem constituerunt Pelagium, Regis Theodorici Spatharium, quem in prægrandi spelunca loci naturâ munitissima degentem, cum Saraceni primum per Oppam Archiepiscopum Toletanum Witizæ Regis filium blandis verbis, postea aperto Marte, per validissimum octoginta millium exercitum, oppugnassent, idem viginti illorum millia cum Duce occidit, Oppam cepit, reliquos fugavit, qui ferè omnes in præruptis montium & inundationibus aquarum divinitus oppressi, ope & intercessione B. Mariæ Virginis cujus ideò memoriæ spelunca illa dicata est, dictaque *S. Maria de Covadonga*. Tanta verò clade Rex Saracenorum pudore suffusus, & furore simul accensus in eos quos secum habebat Hispanos rabiem convertens, Julianum Comitem Tingitanum, & duos filios Witizæ, capite plecti iussit, divino iudicio id agente, ut ab eodem interficerentur scelerati, cui Hispanias prodiderunt.



✱(719.)✱ S. Bonifacius dictus antea Winifridus inchoavit hoc anno suum Apostolatum in Germania socius primò in prædicatione factus S. Willebrodo.

Natus Leoni Isauro filius baptizatus a S. Germano in magna Basilica Constantinop. & dictus Constantinus Copronymus: quod cognomen ideò ei inditum, quia inter Baptizandum sacrum Baptisterium incacando fædavit, unde à *κόπρω* *stercore* cognominatus. De quo etiam S. Germanus prædixit magnas per eum in Ecclesiam sordes invehendas esse.

Leo Imper. Archiepiscopum Thessalonicensem decollari iussit, quòd, is Artemii conjuratione implicitus esset: aliorum etiam conjuratorum magnam stragem Constantinopoli edidit.

✱(720.)✱ Copronymus adhuc infans jubente Leone à S. Germano Augustus in ipso die Paschatis coronatur, tum etiam allatus est nuncius de morte Haumari quâ Ecclesiæ pax restituta est, quam turbare ceperat.

In Gallia mortuo Raginfrido Majore Domûs Chilperici Regis, Carolus Martellus Rex Francorum pro arbitrio moderans Theodoricum in Regni sede constituit, hujus nominis quartum & Regem Fran-



Francorum vigesimum: dictus is est Calensis *de Chelles* quod in hoc monasterio Monachus vixisset, Adversarium autem valde potentem habuit Eudonem Aquitaniæ Ducem, cum quo fuit ei sicut cum Raginfrido, diuturnum bellum, quo tandem Eudo superatus est.



### DECAS III.

✿ *Ab anno Christi 720. ad annum 730.* ✿

721. **I**N Oriente impostor quidam seduxit Judæos, qui se messiam prædicabat: neque tamen toties delusi isti Sabbatharii avorum suorum exemplo sapere didicerunt.

Romæ celebratur Concilium adversus illicita conjugia & maximè adversus eos, qui in uxores ducerent monachas, seu etiam presbyteras & diaconas (ut historia loquitur) videlicet eas mulieres, quæ ex mutuo consensu viris ad ejusmodi sacros ordines promotis, relinquebantur, quæ & ipsæ castitatem servare tenebantur. Valde autem necessarium erat hoc tempore, malo huic invalescenti per concilium mederi, quando procaces quædam Occidentales sceminæ, quarum mariti ad Ordines mutuo con-



consensu promoti erant, iterum nubere præsumpserunt, inductæ exemplo Orientalium foeminarum, pro quibus pseudo-Synodus QUINI-SEXTA statuit, ne viri, qui ad Ordines sacros assumerentur, suas uxores dimitterent, sed eisdem adhuc uterentur.

✽(722.)✽ Leo Imp. exagitat Judæos & Manichæos in montanis habitantes: Judæi quidem baptismo suscepto Catholicos se simulabant, Manichæi autem in locis suis erroribus deputatis se ipsos loco baptismi cremare occultè perrexerunt.

S. Bonifacius Episcopus à Pontifice creatur, & nomen Winifridi jussu Pontificis cum nomine Bonifacii commutat, factoque Pontifici juramento, unà cum Clemente in Germaniam revertitur, magnis Ecclesiam incrementis amplificaturus.

✽(723.)✽ Judæus quidam Laodicænus, & Phoenix Sarantapicus seu Santanapechis Gizido Haunari successori regni annos 30. & 40 pollicitus est, si sacras omnes imagines ab ecclesiis Christianorum, quæ sub ditione ejus essent, auferri mandaret. Itaque Saracenus misit Judæos & Arabes, qui ditionis suæ omnes imagines frangerent, aut lacerarent, & picturas eluerent, aut relinerent. & hi sunt parentes  
Sco-



Iconoclastarum, & nostri temporis hæreticorum, imagines & cultum earum oppugnantium,

✱(724.)✱ Gizidius spe longioris vitæ frustratus & deceptus, hoc anno moritur, & cum eo furor Iconoclastarum desinit; pristino honore imaginibus passim restituto per Orientem; filius autem ejus Ullidus nominatus, indignatus Judæo Sarantapico tanquam parentis sui interfectori, nebulonem turpissimâ morte affecit.

✱(725.)✱ Corpus S. Augustini à Saracenis Sardinia tunc temporis possessoribus magno pretio redemptum, ex eâ insulâ Ticinum seu Papiam transfertur, magnâ celebritate à Luithprando Rege Longobardorum ad hanc translationem institutâ.

Eudo Dux Aquitania, cum à Carolo Martello malè mulctatus esset, in ejus perniciem Saracenos invitavit, deditque transitum per suam ditionem, ut in Galliam irumperent. Qui Burdegalam prætergressi, & locis ubique vastatis, & ecclesiis accensis extremum Franciæ excidium minabantur. Sed à Carolo Martello cum exercitu occurrente mox prælio victi, & cum Rege suo Abdirama trecenta septuaginta quinque Saracenorum millia amiserunt, tantum 1500 ex parte Caroli desideratis; quo



quo in prælio ipse Eudo perfidiâ Saracenorum in ditionibus suis tam fædâ strage, & templorum & pagorum excidio grassantium exacerbatus, animum & arma contra eosdem convertit, & plurimorum occisione illata damna vindicavit. Ex hac victoriâ Carolus modò nomen Martelli retulit, quòd quasi malleo (martellum vocant Franci) Saracenos contudisset.

✱(726.)✱ Hoc tandem anno Leo Imperator, ANTESIGNANUS ICONOCLASTARUM pietatis & fidei, quam simulârat, depositâ larvâ rugire cœpit, ferale edens edictum de imaginibus ubique abolendis, idque instinctu Judæorum, quorum postulatis se consensurum promiserat, si fieret Imperator, præcipuè autem usus est operâ Theophili cujusdam Episcopi Nacoliæ, in Phrygiâ, & Beseis turpis apostatæ, de Christiano facti Saraceni. Restitit autem fortiter S. Germanus, & restitit primò universus populus, adeo ut viri fœminæque junctis viribus æneam Christi imaginem ex magna porta tollentes occiderent, in quos vicissim jussu Leonis verberibus, exiliis, mutilatione membrorum & cædibus sævitum est. Bibliothecarii quoque insignes viri, quia Leonis edicto consentire noluerunt, unâ cum bibliotheca



câ trecentorum millium voluminum, inter quæ intestinum visebatur Draconis Iliadem & Odisseam Homeri, litterulis aureis descriptas continens, igne absumpti sunt, cumque legati variorum Regum, qui Constantinopoli tunc erant, agnovissent Leonem sævisse in Christi imaginem, ejus quoque imaginem probris omnibus ac contumeliis affecere.

Gregorius quoque Pontifex fortissimè obstitit Imperatori, ejus tamen imperium æquè generosè defendit, & Ravennam per Luithprandum captam, reddendam curavit per Venetos & Italiæ armatos populos, quibus tamen beneficiis malè respondit Leo Pontifici intendendo necem, & legatis ejus in exilium deportatis, ibique ærumnis tandem confectis. Quare Pontifex ut salvam faceret Ecclesiam suam ab impetu hujus adeo efferati Leonis, ad Carolum Martellum confugit, & inito cum Francis fœdere, se suosque communivit. Hoc tempore in mari Jönio inter Theram & Therasiam insulas erupit ignis è mari, quem secuta tanta vis pumicum, ut Ægæi maris faciem impleret, ac denique indidem emerfit insula ex terræ congerie facta, quæ sacræ insulæ tandem copulata est.



✱(727.)✱ Navalis Romanus exercitus propter impium edictum novæ hæresis adversus Leonem insurgit, sed ubi Constantinopolim appulit prælio victus & naves igne crematæ sunt ac Duces præcipui capite puniti. Felicius & sanctius contra eundem Leonem certarunt SS. Germanus & Damascenus, qui pro defensione imaginum scribere cœperunt.

✱(728.)✱ S. Damascenus cognomento Chrysothoas ( qui post obitum parentis sui a Principe Saraceno invitatus factus est Consilii Princeps ) per contumeliam apud Saracenum Principem, cui a Consiliis erat, proditoris accusatur & exhibita proditorum Epistola, ( quàm Leo per Notarios suos fraudulenter confici curaverat ad propriæ manus ejus imitationem ad Saracenum transmisserat ) manu suâ truncatur. Sed hæc à B. Virgine sequenti die restituti, & ipse quoque pristinæ dignitati à Saraceno redditus est. Atque ut Deo archius ferviret, bonis omnibus inter pauperes distributis, primò Hierosolymam, deinde in Laurum sancti Sabbæ recessit, & totam vitam reliquam Deo consecravit.

✱(729.)✱ Eutychius Exarchus & Luitprandus Longobardorum Rex conantur Romam occupare & captivum ad Imperatorem



tozem Gregorium mittere : sed obviam occurrens Gregorius Regi Longobardorum cum exercitu advenienti , ita eum flexit, ut ad Gregorii pedes accideret, & veniam deprecatus se suaque arma S. Petro devoveret. Ut verò Gregorius manifestum faceret toti mundo non se bellum Imperatori, sed impiis ejus erroribus movere, ipsam Exarchum copiis suis juvit ad Tiberium quendam tyrannum, qui in Tuscia tumultum movebat, opprimendum.

Saraceni cum innumerabili exercitu irrumpunt in Galliam Narbonensem ferro & igne omnia devastantes, Sacra & profana evertentes. Quorum adventus præsignificatus est duplici Cometa uno cum Sole oriente, & altero cum Occidente viso.

✠(730.)✠ S. Germanus à Leone alapis ignominiosè cæsus in exilium expellitur, in quo etiam vitam sanctè finivit ærumnis confectus : cui Anastasius hæreticus Isonoclasta substituitur.

Gregorius Pontifex post multas paternas monitiones tandem Imperatorem cum Anastasio intruso Episcopo anathemate percutit, & Italiæ populos ab obedientia Imperatori debita absolvit, vetitis etiam tributis dari solitis, ne iis adversus Deum & Ecclesiam uteretur. Et hoc erat







bus cæsis. Cæteri cum naves in Hispaniam, celeri fugâ solvissent, orta tempestate aquis hausti unâ omnes periêrunt.

✱(732.)✱ Filia Chaiani Lazorum Regis Irene dicta nuptui datur Constantino Copronymo, fœmina egregiè Catholica, quæ & marito & focero pro cultu Imaginum constanter obstitit.

Classis ingens à Leone Imp: adversus Italos & Romanos instructa in mari Adriatico naufragio perit. Quantò magis autem Leo rugiit contra Sanctorum imagines & reliquias, tantò majore honore Ecclesia Romana easdem profecuta est industriâ & pietate Gregorii, neque ullis sumptibus ad cultum illarum amplificandum à fidelibus paritum est, nec non iterato Concilio de hoc argumento Romæ celebrato, fulmina quoque contra Iconoclastas expedita, & imperterriti zelo gloriæ Dei & Sanctorum ejus in persecutores evibrata.

✱(733.)✱ Leo missos à Pontifice legatos detrudit in carcerem & post octo menses cum dedecore eiicit, multos Episcopos mittit in exilium alios suppliciis, afficit. Abstinit tamen ab infligendo supplicio Joanni Episcopo Polyboti qui claritudine miraculorum in Oriente nomen Thaumaturgi obtinuit. Is ad Imperato-



rem redarguendum fortiter Constantino-  
polim ingressus, & vehementer Leonem  
reprehendit veluti furem bestiam mi-  
naciter cicuraturus, nullam ab eo vim pas-  
sus incolumis ad suam ecclesiam redire  
permisus est: ubi commissum sibi gregem  
fideliter custodiens & ab omni hæresi in-  
tatus tandem in pace quievit.

Carolus Martellus Anthinum Sarace-  
norum Regem Narbonæ cum suis obsidet,  
cujus obsidionis famâ vulgata infiniti pro-  
pemodum Saraceni ex Hispania emerse-  
runt suppetias laturi. Carolus autem iis  
occurrens Amorrâ occidit, & has copias  
ad eò delevit, ut ne nuncius tantæ stragis  
ad suos remearet. Sic Saraceni Urbes quas  
tenuerant, relinquere coacti sunt, & Mau-  
ritius Massiliæ Comes, qui barbaros evo-  
cârât, ex metu fugit, sibi que ipsi manus  
tortoris iniiciens vitam violentâ morte  
abrupit.

✱(734.)✱ Iterum Saraceni in Galliam  
irruunt, & Arelatem vi capiunt, quos ut  
Carolus repelleret, Luitprandum Longo-  
bardorum Regem auxilium rogat, qui  
mox cum suis Longobardis adfuit. Sara-  
ceni autem ob conjunctas vires bellicosa-  
rum duarum gentium malè sibi metuen-  
tes, præcipiti fugâ rebus suis consue-  
runt.



✱735.)✱ Leo tum hoc & sequentibus annis sævire pergit, furore suo & crudelitate depascens Orientalem Ecclesiam & carpens atque deglutiens quicquid sanctum est. Et quanquam esset sitientissimus Orthodoxorum sanguinis, Martyrij tamen gloriosam lauream invidebat, ideo plures exilio & lentis ærumnis, quam ferri atrocitate confecit. Non defuerunt tamen plura ferinæ crudelitatis exempla, in sanguinis cædibus inferendis. Sic sævium est in S. Hypatium Lydorum Episcopum, Andream Presbyterum & Gregorium Limniotam Monachum prope Centenarium, quos, detrufos in carcerem, excarnificari præcepit, deinde capitis cutem abstrahi, ac desuper pictas imaginum tabellas accendi, barbamq; pice liquente perfundi, & accendi: qui demum sic dilacerati, ulsi & deformati, per urbem Constantinopolitanam protracti & jugulati, eorumque corpora canibus projecta sunt.

✱(736.)✱ Non tantum Leo ob Religionem, sed & propter justitiam ritè administratam sævit: Expertus id Georgius quidam Patricius qui his temporibus gerebat præfecturam urbanam, vir æquissimus, hunc crudeli supplicio affecit, quod mulieres quasdam perperam ac-



cusatas quasi strygas, dimisisset innoxias. finge-  
batur de his mulieribus quod Spirituum more subirent domos clausas, infan-  
tes recens natos occiderent, & alia ejus-  
modi præstarent, quæ infantibus à nutri-  
culis occini solent, ut eos obsequentiores  
habeant, quæ quia sapienter irriserat Ge-  
orgius ideo malè ab infano Imperatore  
periit.

✱(737.)✱ Rex Anglorum Nordhum-  
brorum Ceolwphus (ad quem Beda hi-  
storiam de rebus Anglorum scripsit)  
divino amore succensus regnum Eadberto  
tradens, attonsus & monasticam vitam am-  
plexus est. Ex quo Colliges vix ullibi me-  
liores, & fere nullibi deteriores Reges  
quàm in Anglia extitisse.

✱(738.)✱ Per repetitas Francorum  
victorias valde imminutis Saracenorum vi-  
ribus Hispani animos resumpserunt, ad re-  
gnum suum à barbaris vindicandum & am-  
plificandum, animos magnos addente Al-  
phonso (alii Adelphonsum, quidam Ilde-  
phonsum appellant) genero Pelagii, qui  
non modo fortissimè defendit, sed & pro-  
pagavit suum Imperium à socero sibi reli-  
ctum. Insistens strenuè vestigiis Reccare-  
di Gothorum Principis, ex cujus prosapia  
Alphonfus oriundus erat; unde etiam cog-  
nomen



nomen Catholici quo Reccaredus in Concilio Episcoporum quondam condecoratus erat, sibi quoque attribui voluit & promeruit, quem titulum postea iterum intermissum, & tanquam intermortuum, à Successoribus, Ferdinandus Aragonius resuscitavit, & enixis precibus, a Julio hujus nominis secundo impetravit.

✱(739.)✱ Roma arctissimâ obsidione à Luitprando premitur, eò quòd Gregorius Papa & Stephanus Dux nolisset reddere Trasamundum Ducem Spoletanum, qui excusso Longobardorum iugo, pressus à Luitprando in eam urbem confugerat. Hoc tempore Basilica S. Petri in Vaticano extra urbem spoliata est; solvere tamen obsidionem Longobardi coacti sunt, captis aliquot urbibus Ducatûs Romani, Trasamundus autem cum Romano exercitu Spoletum recuperavit, & factus est brevi tempore par Longobardorum Regi, hætenus invictus sed valdè debilitato, postquam in Ecclesiam S. Petri, cui Arianæ percerunt, factus est irreligiosus, quamvis enim Longobardi semper fuerint gravibus delictis obnoxii, à Deo tamen tolerati sunt, quousque hoc facinus ausi fuerunt, tunc enim in ruinam vergere cceperunt.



✱(740.)✱ Gregorius Pontifex missa legatione cum muneribus sacris, ac præcipuè clavium S. Petri, auxilium rogat a Carolo Martello contra Luitprandum Longobardum, qui ad Romam obsidendam se parabat propter Trasamundum in Ducatum suum ope Gregorii restitutum. In litteris porrò, quibus Martelli opem Pontifex implorat, vocat eum FILIUM CHRISTIANISSIMUM, quem honorificentissimum titulum successores hujus regni ex concessione Catholica, ob egregiam Ecclesiam Romanam merita, feliciter in hunc usque diem propagarunt: sed his ad suppetias ferendas non fuit permotus, fortasse ne ingratus videretur erga Regem, cujus fortitudine & fidelitate in difficillimis præliis adversus Saracenos usus erat, aut quòd ditio sua bellis Saracenicis defessa, quiete & tranquillitate pacis restauranda tantisper fuerit divinare id, aut aliud suspicari non facile licebit.

Hoc anno Orientalium Saxonum in Britannia Rex & Regina, ille Ina, hæc Edilburga dicta, regnum dimiserunt, ut se Deo in cænobio consecrarent. Ut verò perpetuo pietatis monumento fidem suam erga Romanam Ecclesiam testarentur, singulas domos regni sui annuatim singulos denarios



nos argenteos S. Petro pendere statuerunt, ut terra hæc annuâ hujus census pensitatione Dominum suum S. Petrum agnosceret, ejusque fidem firmam illibatamque conservaret. Quod ipsum postmodum Offa Rex Orientalium Saxonum in suo regno præstitisse memoratur.

In Leonem Catholicos exagitantem Deus ipse hoc anno sæviit, ejus ditione terræ motibus horrendum in modum concussâ, quibus multæ urbes, & multæ Constantinopoli basilicæ & palatia & statux Imperatorum conciderunt, quia æquum non erat virorum quamvis illustrium imagines consistere, ubi Christi & Sanctorum erant exterminatæ.



## DECAS V.

✽ *Ab anno Christi 740. ad annum 750.* ✽

741. **L**eo Isauricus, furens bellua evomit impiam animam, cum regnasset annos 24. successit ei Constantinus Copronymus, qui cum patre jam annos viginti duos imperaverat, ut solus jam habens moderaretur, moribus æquè turpis imò turpior quam nomine, vas spurcitæ & iniquitatis, a quo flagello tamen misera-



tor Deus brevi Ecclesiam suam liberavit. Cum enim Artavasto homini Catholico, marito Annæ sororis suæ filio Leonis, ejusdemque filiis necem machinaretur, hic prævenire decrevit, & adversus Saracenos proficiscentem aggressus, cum exercitu rebeli in Armeniam fugere coëgit, ipse autem Artavastus Constantinopolim rediens, & Imperatorem mortuum fingens, Imperator acclamatus est, maximè operâ Theodori urbis præfecti. Anastasius quoque Patriarcha, qui hætenus Ecclesiæ Orthodoxæ minùs fidelis servivit tempori, manifestavit secretum, quod à Copronymo audiverat, blasphemio ore aliquando virus suum eructante, *Christum non minùs fuisse purum hominem de Maria genitum, quàm ipse ex matre sua genitus esset.* His permota plebs Constantinopolitana, imperio prorsus indignum existimavit, qui Christo in omnes homines imperium eripuisset.

Obiit etiam hoc anno Gregorius III. & sedem Papalem reliquit Zachariæ viro mitissimo & piissimo, qui Luitprandum jamjam Romam obsidione arctaturum, ita missâ legatione demulsit, ut omnes postea urbes redderet Romano Ducatui ereptas. Sed & junctis copiis suis cum Longobardorum exercitu, Trasamundum Ducem Spo-



Spoletanum ( qui in sanctam sedem ingrat-  
us extiterat & humiliari promeruerat )  
compulit ut Luitprando se dederet.

Mortuus est eodem anno Carolus Mar-  
tellus , Saracenorum fortissimus malleus ,  
laudatus a sanctis viris & Pontificibus , &  
par Julio Cæsari , imo & major a multis ce-  
lebratus. Reliquit successores filios duos,  
alterum Carolomannum in Regno Austras-  
iæ & Thuringiæ , alterum Pipinum Majo-  
rem Domûs , in Regno Franciæ , utrobiq;  
Orthodoxæ Ecclesiæ splendori suo resti-  
tuendo , singulari beneficio terris à Deo  
Reges datos.

Dicitur quædam revelatio facta S. Eu-  
cherio Episcopo Aurelianensi de Caroli  
Martelli damnatione , quòd aliqua bona  
rapuisset , bello fortè Saracenico. Hæc fa-  
ma, tametsi magnos adstipulatores habeat,  
atque etiam præfules quosdam , falsa ta-  
men esse ab historicis multis , uti & Baro-  
nio convincitur , quia S. Eucherius obi-  
erat, antequam Martellus moreretur , ne-  
que tam multa præclarè, piè , & sanctè ge-  
sta pro Ecclesia Dei permittunt aliter ,  
quàm de æternâ ejus felicitate opinari.

✱(742.)✱ Artavastus filium suum Ni-  
cephorm creat Augustum , & mox adver-  
sus Copronymum in Armeniam proficif-  
citur,



citur, sed magnâ clade acceptâ in urbem rediit. Postea contractis novis copiis filium suum Nicetam præfecit, qui non meliore sorte, quam pater in Constantinum pugnavit.

Eodem tempore cœlum ferreum visum fuit nullo imbre misso, & tanti terræ motus extiterunt, ut quibusdam in locis montes campis, & castra nonnulla terræ hiatus vorata sint, neque eorum ulla vestigia superfuerint.

Defuncto Arabum Principe Evelid successit Hali, qui Antiochenæ Ecclesiæ per quadraginta annos Patriarcham non habenti concessit iterum accipere, post tam longæ viduitatis desolationem sponsum, Stephanum Monachum Syrum, agrestem quidem illum, sed religiosum virum.

Cosmas etiam Patriarcha Alexandrinus unâ cum suis abjuratâ hæresi Monothelitarum ad Orthodoxos accessit.

Petrus Damascenus Episcopus, quòd zelo fidei æstuans Arabum ac Manichæorum cognationem palam arguisset, ab iis martyrio affectus est, qui post abscissam linguam expeditiore voce missam celebravit.

✱(743.)✱ Copronymus obsidet Constantinopolim, & Artavasti copias secum con-



congregari aufas delet, urbem deinde penuria oppressam capit, & militibus diripiendam obicit. Capitur Artavaſtus, & una cum filiis ſuis excœcatur. Amici autem, qui ei adhæſerunt, plerique diverſis ſuppliciiſ perempti ſunt, cumque poſt hoc ludos equeſtres in hippodromo Conſtanti- nus celebraret, Artavaſtum una cum filiis & conſanguineis introduxit, ac ſimul Anaſtaſium pseudo-Patriarcham publice virgis caſum, aſino vectum verſa ad caudam facie, circumduxit, quod ei olim S. Germa- nus prædixit, poſtea nihilominus ſedi eun- dem reſtituit, quia hoc homine nequio- rem invenire non potuit.

Zacharias Papa ad Luitprandum Raven- næ Exarchatum ſibi armis vindicare pa- rantem reſiſto in urbe Stephano Duce Ti- cinum proficiſcitur, & ad Ravennam in pa- ce relinquendam ægrè impellit, quod ne- gotium ſollicitè & feliciter pro cauſa im- peratoris conſectum, ita placuit Copro- nymo ut prædia quædam juris Imperii, Romanæ Eccleſiæ donaverit, quem ideo Zacharias ad ſanam mentem reducere ten- tavit, ſed facilius ei agros, quàm impiam hæreſim impio animo penitus inſidentem extorquere potuit.

HÆRE.



HÆRESIS ALDEBERDI PSEUDO-  
EPISCOPI IMPOSTORIS.

*C*irca hunc annum magni duo impostores suas  
hæreses & nefandas artes populis exposuerunt.  
Aldebertus natione Gallus, damnatus in Con-  
cilio Romano, quod ejus hæresis causâ S. Za-  
charias Papa convocavit anno 745. & alius  
quidam Clemens Scotus, quorum imposturas S.  
Bonifacius detexit & redarguit.

1. Fuit Aldebertus hypocrita mendacissimus,  
asseverare ausus, quod Angelus Domini huma-  
nâ specie reliquias quasdam (sanctitate quamvis  
occultâ) mirabiles, extremo ab orbe sibi attule-  
rit, & exinde, quidquid à Deo postulasset, fa-  
cile impetraverit.

2. Ignaros quosdam Episcopos, qui se contra  
statuta Canonum initiarent, mercede conduxit,  
unde in tantam superbiam elatus est, ut non mo-  
dò se Apostolis Christi exæquaret, sed etiam in  
eorundem Apostolorum & Martyrum honorem  
ecclesias consecrare dedignaretur, sed in sui ip-  
sius proprium honorem & cultum oratoria dedi-  
caret.

3. Ridebat eos, qui ad Apostolorum limina  
Romam peregrinabantur, unde ut homines ab  
his peregrinationibus revocaret, cruciculas &  
oratoriola erigebat in agris, ad fontes, & qui-  
buscunque aliis apertis locis, ibique publicas pre-  
catio.



cationes fieri jubebat, adeo ut homines catervatim ibi conventus celebrarent, suis ecclesiis & Episcopis relictis, dicentes: Merita S. Aldeberti juvabunt nos.

4. Sectatoribus suis resectos ungues & capillos suos concedebat, ut eos una cum S. Petri reliquiis venerarentur, & secum ferrent.

5. In tantam impietatem delapsus est, ut cum plebs ad eum veniret, & ad pedes ejus accideret, expiandorum scelerum causâ ipse diceret, scio omnia peccata vestra, & mihi cognita sunt occultavestra, ideo non est opus ea confiteri. Securi ergo revertimini ad domos vestras cum pace.

6. Divulgavit epistolam quandam, quam dixit à Domino JESU Christo sibi scriptam de cælo in civitatem Hierosolymam decidisse, & per Arch-Angelum Michaëlem inventam aliis innotuisse, affirmavit etiam, scire se plerorumque Angelorum nomina, quorum plurima memoriter recitavit, effectas scilicet monstrosas voces.

### HÆRESIS CLEMENTIS SCOTI.

1. Sacros Canones rejiciebat & refutabat.

2. Expositiones SS. Patrum Hieronymi, Gregorij, Augustini repudiabat & irridebat.

3. Nullo loco habuit jura Synodalia.

4. Judæismum introducens, integrum dicebat Christiano, ut si voluerit viduam fratris sui defuncti, ducat uxorem.

5. Con-



5. *Contendebat Christum, quando ad inferos descendit, omnes, quos inferni carcer detinuit, inde liberasse, credulos & incredulos nec non idololatrias.*

6. *Horribilia quedam de prædestinatione affirmabat.*

✱(744.)✱ Pipinus sollicitè curat incrementum & utilitatem Ecclesiæ, missâ legatione ad Zachariam Papam, ut ipsum de multis ad Sacerdotalem Ordinem & animarum salutem, atque illicita conjugia pertinentibus consuleret.

Obiit Luithprandus Longobardorum Rex, postquam triginta annos regnavit. Celebris à sapientia, pietate, justitia, castitate & fortitudine, pacis belliq; virtutibus, qui plus orationibus quàm armis suis confidit, quem tamen furor ad illicita interdum præcipitem egit, ut vir videretur ex virtutibus & simul ex vitiis concretus quæ in eo semper eminebant. Successorem habuit Hildebrandum virum inhumanum & asperum, ideoq; à suis septimo mense exauctoratum, ut illi Ruchis Dux foro Juliensis sufficeretur vir perhumanus fortis, & Pacificus. Qui statim rogante Zachariâ Papâ annos viginti pacis Italiæ promisit.

✱(745.)✱ S. Bonifacius qui hætenus  
tam



tantum Apostolatu Germaniæ generatim  
fungebatur, nec ulli certo Episcopatu ad-  
dictus erat, admitentibus Principibus Pipi-  
no & Carolomanno, Creatus est Archi-  
Episcopus Moguntinus, & Ecclesia illa in  
totius Germaniæ Metropolim à Pontifice  
evecta est. Gervilione Episcopo Mogun-  
tino exaudivato, tum ob voluntarium ac  
fraudulentum homicidium ab ipso perpe-  
tratum in virum, qui olim Patrem ipsius,  
æquè Episcopum Moguntinum in prælio  
occidisset, tum quod civibus & canibus  
deditus esset, quod Episcopo fas non esset.

✠ (746.) ✠ Oriens horrificis tenebris  
hoc anno perterrefactus est à die quarta  
Augusti usque ad Octobris Kalendas, has  
tenebras secuti sunt terræ motus prodi-  
giosi per totam Palæstinam & Syriam. Et  
Pestis ingens Bubonis dicta à Calabria &  
Sicilia orta est. Quæ Constantinopolim  
pervadens ita eam per tres annos depasta  
est, ut cum repleta essent cadaveribus om-  
nia monumenta, lacus, Vineæ, horti vix  
humus superesset, ubi mortui sepeliren-  
tur. Iis verò qui moriebantur primò in  
illorum vestimentis cruciculæ invisibili  
virtute imprimebantur, moxque lue tacti  
vitam finiebant, spectris insuper & Phan-  
tasmatis passim mortales vexabantur, ut  
mani-



manifestum esset, has à Deo clades immissas esse, ad homines à peccatis & hæresi præcipuè revocandos, sed his permotus non est blasphemus Copronymus, alter Pharaon datus in reprobum sensum, & obduratus.

✱(747.)✱ Carolomanus Caroli Martelli, primogenitus bello paceq; præstantissimus, sed longè Dei amore præstantior relicto principatu fratri suo Pipino Romam accessit; ibiq; suscepto habitu monastico, ac postea constructo in monte Soracte in honorem S. Sylvestri Papæ, qui illic diutius olim delituerat, monasterio, inibi Deo & saluti animæ suæ aliquandiu vacat; quia verò importunius à nobilibus Francis, qui Romam frequenter peregrinarentur, interpellatus Cassinense S. Benedicti monasterium petiit, ubi diu incognitus latuit (postea verò miro casu dum in ministerio coquinæ inserviret cognitus) partim in pascendis ovibus monasterii, partim in aliis vilibus officiis summa humilitate & obedientia Sanctissimam vitam duxit.

✱(748.)✱ S. Burckardus Episcopus Herbipolensis, à S. Bonifacio litteris instructus, ad Pontificem Zachariam se contulit, eumque de multis consuluit, ac præcipuè



cipuè de Sampfone quodam Presbytero genere Scoto hæresis fuæ Zizania seminante, negabat ille sanctum baptisma esse necessarium ad salutem, & sufficere tantum Episcopalis manûs impositionem, quem nefarium hæreticum Zacharias mox iussit ab Ecclesiis expelli.

Impositus est hoc anno error Virgilio Sanctissimo Presbytero, quasi admitteret alium mundum, aliam terram, solem atque lunam; & quia Bonifacius in Epistola sua ad Zachariam horum errorum meminit quos Pontifex postmodum reprobavit, ideò scioli aliqui nugantur quasi Zacharias damnasset eorum sententiam qui affirmant Antipodas esse. Cum longè aliud sit dubitasse de antipodis an dentur in mundo, quod hæresis non est, & aliud plures mundos statuere quod ut divinæ Scripturæ repugnans hæresis esse convincitur. Sed & Vigili postea Episcopi facti accusatio concidit, & Zacharias apud viros eruditos ab hac labe prorsus immunis est habitus.

✱(749.)✱ Terræ motus horrendi concutiunt Orientem, adeo, ut in Syria integræ urbes haustæ, & aliæ à montanis ad campestria cum muris & habitationibus integræ & incolumes ad sex milliaria translata sint. In Mesopotamiâ disrupta terra  
aliam



aliam terram candidi coloris egressit, erupitque animal mulo simile, sed humanâ loquens voce, & eversionem gentis Arabibus præcinens. Sed nec his Copronymus à criminibus revocabatur.

Pipinus Westphalos & Saxones gentiles & Christiani dominii impatientes domat voto nuncupato, in honorem S. Swiberti. & obtentâ victoriâ, viri hujus sancti sepulchrum Werdæ cum suis proceribus discalceatus invisit, ei se submittens, qui sibi miraculo hostes subdidisset. Facto enim voto, continuò super Christianorum exercitum lux splendens tantum paganis ex eâ forma excœcatis, timorem incussit, ut statim armis depositis Pipino se subjicerent.

✱(750.)✱ Rachis Longobardorum Rex contra promissam pacem Pentopolitanam Provinciam invadit, & Perusiam obsidet: ad eum autem profectus Zacharias non tantum ab inceptis dimovit, sed etiam persuasit. ut in Cassinensi monasterio monachum indueret, filiâ Rattraudâ, & uxore Thesiâ vicino monasterio à se condito, inclusis, ubi sanctitate illustres regnum cœleste consequi meruerunt. Fratri Rachis successit frater Aristulphus, Principibus Longobardis ita consentientibus.

DECAS.





## DECAS VI.

✿ *Ab anno Christi 750. ad annum 760.* ✿

751. **I**ncipit hoc anno arduum negotium translationis Regni Francici in Pipinum Majorem Domus Franciæ, cui nihil deerat præter regium nomen: hoc etiam ut consequeretur, effecit Childerici III. inter inertes familiæ Merovingianæ inertissimi Regis stupiditas. Celebratis enim Comitibus Regni, omnes è re Francicâ fore judicârunt, exauctorato Childerico Pipinum Regem creari. Sed ne tumultus fieret ab iis, qui fidem Regi datam obtendebant, perhonorificâ legatione ad Zachariam missâ petitum est, ut Francos à præstito Principi suo fidei Sacramento absolveret. Legationis negotio perfuncti sunt S. Barchardus Episcopus Herbipolensis, & Wolcadius seu Eulcadius abbas S. Dionysii, Pipini summus capellanus, Zacharias Francorum precibus assensus est, & dedit quod rogabatur, quantum poterat, & quantum potentes indigerent. Ita sublato conscientie Dei que metu, factum est, quod mirabatur sequens ætas, & sine crimine perduellionis nunquam imitabitur.

752.



✱(752.)✱ Pipinus Svesione in Regem Francorum inungitur à S. Bonifacio Moguntino Episcopo, ex mandato Zachariæ Pontificis, Hildericus ultimus Merovingiorum exauctoratus in monasterium missus comam, cui petendæ tantum vocabat, cum regno amittit. Gesilea quoque uxor fit monialis. Et hoc fato regibus ac Principibus omnibus nunquam satis vitato familia Merovingiana à Rege Pharamundo trecentis triginta & amplius annis seoptro Franciæ potita, concidit.

Zacharias diu & solerter gesto Pontificatu moritur hoc año, in Sanctorum numerum adscriptus, sedem relinquit Stephano hujus nominis secundo, presbytero, sed is tertio creationis die, cum à somno surgeret & causas familiares disponderet, subito alienatus obmutuit, & sequenti die defunctus est. post quem electus est Stephanus ejusdem nominis III. patriâ Romanus, qui utprimùm Pontificatum adeptus est, antiqua Xenodochia restauravit, & nova construxit, ac redditibus dotavit.

Aistulphus Longobardorum Rex infestat Romanam ditionem, & promissam atque juratam Stephano III. quadraginta annorum pacem infringit, neque Rex perjurus ullis legationibus Pontificis aut Impera-



peratoris potuit ab injuria prohiberi. Cum ergo Imperator longius diffitus coercere perjurum non posset, à Francis auxilia postulanda erant, quæ minimè defuere.

✽(753.)✽ Stephanus Papa à Longobardis tantum non cum Româ obsessâ oppressus, primò ad Aistulphum Regem Papiæ commorantem à duobus Pipini legatis deducitur, ut ab eis precibus exigeret restitutionem Ravennæ & Exarchatûs ejus, cum verò nihil impetrare posset, invito licet Aistulpho, in Galliam ad Pipinum abit, cui Rex obviam cum uxore ac liberis processit, & non tantum pedibus ejus se prostravit, sed & vice stratoris juxta ejus equum ambulans aliquantum itineris deduxit.

Anastasius Constantinopolitanus Episcopus jam pridem animâ mortuus, mortem quoque corporalem obiit turpissimo morbo, qui dicitur Chordapso, quo ster- cus per os unâ cum animâ omnibus sordibus turpiore evomit.

✽(754.)✽ Stephanus Papa Parisiis in Monasterio S. Dionysii posteaquam Pipinum Regem coronavit, aliquamdiu commoratus, in gravissimam ægritudinem incidit, & beneficio S. Dionysii sanitati restituitur.

L

Pipi-



Pipinus sollicitatum sæpe de pace Aistulphum cum exercitu aggreditur, atque in ipso Alpium transitu vincit, fugatumq; Ticini seu Papiæ obsidet; Stephanus tamen obtinuit à Pipino ut pace cum Aistulpho factâ, exactoque juramento de reddendo Exarchatu Ravennæ & civitatibus Romani Ducatûs, rediret cum exercitu in Gallias, & sic Sanguini humano parceretur.

Carolomannus ab Abbate suo Cassinate, jussus erat in Franciam ire, ut expeditione Pipini impediret, Aistulpho minitante excidium Monasterii Cassinensis, nisi eam peregrinationem vir sanctus susceperet. verum is à fratre retentus est, & in Monasterio Franciæ collocatus ubi religiosè & sanctè expiravit, ejusque corpus auro loculo inclusum Cassium Pipinus remisit, ut ibi conquiesceret ubi quietem æternam comparare incepit.

Constantinus Copronymus convocavit Conciliabulum 338. suæ farinæ Episcoporum & in eo præficit Ecclesiæ Constantinopolitanæ Præsulem Constantinum Monachum, hominem impurissimum. In hoc concilio velut mephitica palude aranis congregatis coaxatum est, imagines esse idola, Apostolos, Martyres impostorum non esse vocandos sanctos, & similia  
plura



plura nefanda decreta, quæ mox à Stephano Papa, & Patriarchis Hierosolymitano, Alexandrino, & Antiocheno damnata sunt. Invaluit autem posthæc ingens persecutio, contra imagines, contra viros pios, ac præcipuè Monachos, quâ sævior vix ante furebat.

✠(755.)✠ Aistulphus iterum fit perjurus & fædifragus & plus quam ante Romanum Ducatum infestat, Sacra & profana commiscens, imagines Sanctorum flammis injiciens, Sacrosanctum Corpus Christi Dominicum polluens, Monachos plagis lanians, Sanctimoniales contaminans, Ecclesiasticos Laicosque nullo discrimine jugulans; itaque Stephanus scribit litteras ad Pipinum nomine S. Petri exaratas, quibus afflictissimæ Ecclesiæ auxilium rogat, & obtinet. Statim enim adfuit cum exercitu Pipinus, victumque in Alpium faucibus Aistulphum Papiæ obsedit, nec ut pacem ei concederet adduci potuit, nisi Ravennæ Exarchatum & omnes civitates captas Romano Ducatui restituisset, & ipso actu cessisset. Institère Legati Imperatoris ut hæc omnia Imperio redderentur, sed recusavit Pipinus, eaque malè ab Imperatore defensa, pejùs ab Aistulpho occupata, diplomate suo Sanctæ Ecclesiæ possiden-



enda donavit. *Primus amplificanda Ecclesie viam aperiens*, uti adhuc Ravennæ in Epigraphe legitur.

S. Bonifacius Moguntinæ Sedis Episcopus in Frisia martyrio afficitur. Corpus autem ejus tandem Fuldam delatum in Monasterio conditum est, quod sepulturæ suæ ipse delegerat, uti vitæ sanctitate, ita etiam post mortem miraculis clarus.

✽(756.)✽ Hali Princeps Saracenorum Antiochenum Patriarcham Sede suâ expellit, & multos Christianos odio fidei trucidat. Aistulphus in Venatione divinitus percussus occumbit. Desiderio Tuscano Duce, & Rachise fratre Aistulphi qui jam Monachum induerat, sed spe regni relicto monasterio arma sumpserat, acriter inter se contendentibus. Effecit tamen Stephanus Pontifex ut relicto exercitu Rachis Monasterium repeteret, & Desiderius Rex à Longobardis eligeretur.

✽(757.)✽ Stephanus Papa post inmensos labores pro Ecclesia exantlatos, ex hac vita migravit, & in ejus locum creatus est Paulus Stephani frater Germanus, egregiis moribus ornatus, & pauperum atque afflictorum sublevandæ miseriæ addictissimus.

Mortuus item hoc anno Alphonfus seu Adel-



Adelphonfus, Galliciæ Rex cognomento Catholicus, & Rex pientiffimus gloriofus Saracenorum triumphis, in cuius obitu auditæ sunt in aëre voces laudantium Dominum: *Ecce quomodo tollitur Iustus, & nemo considerat, ablatum à facie iniquitatis, & erit in pace memoria ejus.* In ejus locum suffectus est Froilanus seu Froila, qui Ducem Maurorum Gallæciam invadentem cæsis Saracenorum quinquaginta quatuor millibus fortiter devicit & triumphavit.

In Oriente viget persecutio, duobus Tyrannis adversus Orthodoxos sævientibus, Imperatore Copronymo & Habdallâ Saracenorum Principe, qui Monachos & Eremitas oppressit, cruces confregit, ecclesias diripuit, & ornamenta Judæis vendidit. Litteras insuper discere vetuit, ut illitteratos facilius ad Mahometis sectam pertraheret.

✠(758.)✠ In Perside magi quidam suadente dæmone nudi ex eminentibus locis volare præsumpserunt, sed præcipites ceciderunt contractis corporibus, irridendi, nisi æternum miseri extitissent.

Monachi fugiunt ex Græcia, & Romæ linguâ suâ hymnos canere permittuntur.

Eadbertus Rex Nordhumbrorum in Anglia,



glia, & Oswilfo filius ejus Regnum relin-  
quunt, & monasticam vitam profitentur.

✱(759.)✱ S. Othmarus Abbas mona-  
sterii S. Galli falsò luxuriæ criminis accusa-  
tus & ignominiosè expulsus est: quamvis  
criminator divinâ confestim vindictâ pu-  
nitus, calumniam retractaret, & fraudem  
accusationis propalaret, plùs tamen homi-  
num, quàm Dei sententia contra innocen-  
tiam prævaluit.

✱(760.)✱ Hoc anno Pipinus Waiphra-  
rium Aquitanix Ducem bona Ecclesiæ ra-  
pientem ad restitutionem compulit: quod  
cùm facere tergiversaretur, anno infe-  
quente iterum vicit, ac tandem post annos  
quinque semper rebellem, denuò supera-  
tum vitâ & Ducatu privavit, Pipinus autem  
totam Aquitaniam Gallico regno adjunxit.  
Sic ictus sapere didicit Pipinus: cùm enim  
villam in Lugdunensi diocesi sibi aliquan-  
do retinere vellet, annuo censu persoluto  
à S. Remigio acriter verbis & verberibus  
exceptus & ad restitutionem compulsus  
est, quâ monitione edoctus, alios quoque  
vi&armis ad idem faciendum adegit.

✱(760.)✱

DECAS





## DECAS VII.

✠ Ab anno Christi 760. ad annum 770. ✠

761. **A**ndreas Calybites publicè Constantinopoli redarguens Imperatoris impietatem, nullis tormentis adigi potuit, ut cessaret ab objurgando Imperatore, idco glorioso Martyrio coronatus.

S. Vincentii reliquiæ post excisam à Saracenis Valentiam, ad ultimum Lusitanix promontorium deportantur, quod hodie S. Vincentii appellatur:

✠(762.)✠ Copronymus tentavit hoc anno in suas partes pertrahere S. Stephanum monachum in Auxentiano monte Bithyniæ per Callistum Patricium, qui cum sanctum virum blanditiis & minis movere non posset, atrocem calumniam inflixit, scilicet cum illustri quadam sceminâ viduâ nomine Annâ, quæ à S. Stephano monasticum habitum acceperat, impudicam consuetudinem illi esse, usus ad hoc mendacium fabricandum operâ cujusdam Sergii, ejusdem sancti discipuli, & alterius Annæ mendacis ancillæ: sed neque his machinis expugnari potuit fortis Iconoclastarum impugnator.

L \*

761



✱(763.)✱ Copronymus bello bene-  
confecto triumphans rediit Constantino-  
polim, & Annam turpis consuetudinis cum  
Stephano monacho per calumniam accu-  
tam, sed nihil confessam, tormentis nece-  
vit, quam Deus miraculo absolvit. Cum  
enim altera Anna ancilla perfida in proemi-  
um proditionis viro diviti data esset in ma-  
trimonium, & gemellos peperisset, sub  
mediam noctem furore turbati infantes,  
matris mammas arripuere & crudeliter ex-  
edere, matrique mortem intulerunt, velu-  
ti viperæ duæ in ipsis morsibus immorien-  
tes. Conversus deinde Imperator ad Ste-  
phanum immisit quendam perfidiosum,  
qui in ejus Augustiano monasterio recipi  
multis precibus flagitaret (vetuerat autem  
Imperator quendam monachum fieri, aut  
ad monasterium suscipi) qui tandem rece-  
ptus est: ideo monasterium mox cum tem-  
plo disturbatum & incensum est, & Stepha-  
nus cum suis in insulam Proconesum rele-  
gatus, ubi in columna excitavit ædiculam,  
quâ se conclusit, ut propior cœlo omnes  
eò curas & cogitationes converteret

Turcæ eo ipso tempore, quo in Orien-  
te bellum adversus imagines Sanctorum  
vehementissimè ardebat, è portis Caspiis  
egressi, in Armeniam irruperunt.

*Facta*



Facta est hoc anno Kalendis Octobris tam prodigiosa glacies, ut pelagus Ponti usque ad centum milliaria præ glaciei rigore ad triginta profunditatis cubitos in lapidis duritiem versum fuerit: cumque ejusmodi gelu nive fuisset opertum, super alios adhuc viginti cubitos excrevit, & tandem in multa divisum est montium instar abruptorum juga, quæ in urbem ipsam Constantinopolim & usque ad Propontidem & insulas ventorum impetu delata, novas quasi Cyclades fluitantes exhibuerunt. Sed hæc portenta Copronymum nondum permoverunt, imo in deterius adhuc prolapsus, quam in animo gestabat Nestorii hæresim propalasset nisi Constantinus Patriarcha, cui in aures ingesserat, obstitisset.

✽(764.)✽ Paulus Pontifex multa sanctorum corpora ex cœmiteriis transfert in urbem. Quæ fama, cum percrebuiisset apud Gallos, illi missâ legatione impetrârunt corpora sanctorum Martyrum Naboris & Celsi, quæ magnâ veneratione in Galliam transportârunt.

✽(765.)✽ Copronymus cum audisset à Stephano virtute imaginum magna miracula patrari, iterum invidiâ furiatus, eum Constantinopolim evocatum, cum trecen-



tis quadraginta aliis monachis, omnibus aliquo membro corporis prius mutilatis, aut aliquo informi stigmate notatis, carceri mancipat. Ubi diu permansit collo, manibus pedibusque ligatus, & singulis hebdomadis sex tantum uncis panis & tribus poculis à pia quadam fœmina subministratis vitam protraxit, neque induci potuit toto vitæ suæ tempore ut è manibus aliqujus Iconoclastæ cibum sumeret. Priusquam in carcerem coniiceretur, coram Imperatore de imaginum cultu liberè differens, nummum protulit Imperatoris effigie signatum, & interrogavit, num puniendus esset, qui illam effigiem pedibus proculcaret & qui adstabant illud asseruissent, tum vir Dei gravem ex imò pectore gemitum emittens, *Oimmanem*, aiebat, *cacitatem*, si pro mortalis Imperatoris forma & effigie gravissimas pœnas irrogandas esse dixistis, quas tandem pœnas subituros esse putatis, qui filii Dei & matris ejus effigiem conculcârît: & cum hoc dixisset nummum ejus pedibus protrevit: Quo facto commoti, qui Imperatorem circumstitebant, eum in mare præcipitem agere voluerunt. Sed ab Imperatore sub larva lenitatis in carcerem prætorianum conjectus est.

Contigisse hoc anno scribit Sigebertus  
mira.



miraculum Beritense, quando imago Christi à Judæis illusa & infixâ lanceâ in pectore vulnerata, tantum sanguinis reddidit, ut divisus inter omnes Ecclesias Orientis & Occidentis omnibus satis esset, quo morbi sanarentur. Unde qui in multis jam Ecclesiis populo proponitur adorandus sanguis Christi, nequaquam fluxit ex Christi corpore in monte Calvariæ, sed ex ejus imagine in urbe Beryto.

✱(766.)✱ Copronymus duorum milium, & sexcentarum navium classem adversus Bulgaros emissam, & tempestate discussam amisit. Sed neque sic melior factus, cœgit omnes Monachos Constantinopoli repertos, singulatim manu mulieres tenentes per medium Hippodromum transire, & injuriis fannisque à populo ad hoc convocato onerari. In ludis quoque Circensibus multos illustres viros falsorum criminum accusatos ludibriis affici & multos occidi jussit, alios oculis privatos in exilium relegari: quos inter Constantinum quoque Pseudo-Patriarcham quod ille Nestorianæ hæresi consentire noluerit, prius publicè ludibriis expositum in exiliū amandavit: templum S. Euphemix, aliorumque Sanctorum in armen. taria & sterquilinia convertit, invocatione



Sanctorum ac Beatissimæ Virginis severissimis mandatis interdixit : Reliquias Sanctorum abstrusissimis angulis abscondit aut dissipavit : Corpus S. Euphemie, ex quo odoriferum oleum, sanandis morbis efficacissimum continuò fluebat, loculo clausum in mare projecit, quod a navigantibus extractum in Insulam Lemnum transportatum, atque post viginti annos maximâ pompâ Constantinopolim relatum est. Denique ut nihil omitteret impietatis ad cultum Sanctorum evertendum, splendidissimam legationem ad Pipinum in Gallias misit, & simul dono obtulit Organum musicum artificiosissimè elaboratum, cuius temporis simile nihil adhuc in Gallia visum erat, ut Pipinum & Francos suâ benevolentia, dolo scilicet veneno dementatos, in similem impietatem & hæresin alliceret. Franci verò fraudis sagaces continuò celebratâ Synodo Gentiliaci propè Parisios Diabolicis machinis aggeres & propugnacula opposuerunt.

✠(767.)✠ Post mortem Pauli Papæ, quæ hoc anno contigit, in sedem intrusus est à Duce Nemeseinæ civitatis frater ejusdē Constantinus laicus, per Georgium Prænestinum ordinatus, sed is post annum unum & mensem (quanto tempore sedes vaca-



vacavit) violentâ ægritudine oppressus, immobilis factus est, & manus ejus dextera obriguit: sicque miserè languentem vitam postea finivit, divinæ justitiæ in sacrilegos exemplar.

Copronymus, cùm audisset carcerem prætorianum a S. Stephano in monasterium commutari, in quo ipse cum aliis monachis totam diem cantandis Dei & Sanctorum laudibus impenderent, in rabiem ferè actus, jussit eum omnis generis tormentis trucidari. Itaque calcibus, fustibus saxis, omnibusque suppliciorum ac contumeliarum generibus impetratus, ac per vias raptatus, a furente populo viris, pueris, & fæminis exagitatus, adeo ut quisquis in eum dum raptaretur incidens, vel lapidem non jecisset, vel aliud contumeliæ genus non intulisset, Imperatoris hostis censeretur, & pœnas lueret: denique capite truncatus Martyrium consummavit, & cadaver iisdem iterum contumeliis a populo dilaceratum in ethnicorum reorum foveam projectum est. Neque prodigia in tam glorioso agone defuerunt: qui enim ultimum fatalem ictum sancto Martyri inflixit, ille diabolicâ vi percussus continuò in terram prostratus corruit. Et eodem tempore conglobata ignea nubes immensam vim



vim grandinum depluit, quibus multi oppressi interiêrunt: Idque non alibi, quam circa palatium Imperatoris, ut cœlo indicere tanti causa mali & auctor monstraretur.

Produxit Copronymus alterum quoque sed disparis virtutis & causæ Constantinum Pseudo-Patriarcham scilicet exauctoratū, & anno superiore in exilium relegatum; cum enim ille Imperatoris hæresin & propositum de cultu & honore B. Virginis penitus evertendo, & Nestorianismo divulgando vindictæ cupidine manifestaret, ab exilio Constantinopolim reductus est, & in veste ridiculâ, impositus asino, versâ ad eandem facie, eandemque caudam pro freno tenens, præcisus naribus a nepote suo traduci jussus, ac demum capite truncatus est. In hoc miserrimus, quod vir nequam a nequissimo Imperatore occisus sit. Exinde Imperator horrendas in B. Virginem blasphemias evomuit, asserens, non majorem dignam esse honore, postquam Christum genuit, quam aliæ vilissimæ quæque foeminæ, idque exemplo marsupii confirmare nitebatur, quod cum auro turget, in pretio est, si verò vacuum, vile & nullius æstimationis est. Quas etiam hodie blasphemias Mariæ ofores plerique Novatores impiè eruere non timent, eandem similitudinem ex cathedris deblaterantes.



✠(768.)✠ Romæ Christophorus Primicerius, & Sergius facellarius ejus filius, zelo fidei collectâ militum manu in urbem ingressi, Totonem Constantini Pseudo-Papæ fratrem occiderunt, & Pseudo-Pontificem expulerunt. Cùm quidam in ejus locum per fas nefasque subrogassent Philippum quendam presbyterum ac monachum, illo ejusdem Christophori operâ in monasterium intruso, tandem communi totius Cleri, Optimatû, & populi consensu legitimus Pontifex electus est Stephanus hujus nominis IV. sine cujus consensu paulò post Constantinus a militibus è monasterio extractus & excæcatus, ac linguâ insuper mutilatus, cum suis aliquot fautoribus affectati gesti que per vim Pontificatûs pœnas luit graviores, quam boni omnes exoptassent.

Pipinus à sepulchro S. Martini Turone Parisios reversus ad S. Dionysium reddidit Deo spiritum, cùm regnasset annos ab unctione suâ per Sanctum Bonifacium factâ, 15. menses quatuor, & dies viginti: a coronatione autem factâ per Stephanum Papam III. annos quatuordecim, qui fide, pietatè, & fortitudine apud homines immortalem laudem, & apud Deum æternam gloriam sibi peperit.



✱(769.)✱ Romæ Concilium in Basilicâ Lateranensi celebratum est, in quo Constantinus Pseudo-Papa excæcatus productus & condemnatus est, & omnia ab eo facta præter Baptismum & Confirmationem irrita declarata sunt. Reprobata etiam Pseudo-Synodus Constantinop. contra imagines habita. Statutum quoque, ut omnibus diebus Dominicis a septem Episcopis Cardinalibus hebdomadariis missarum solennia super altare S. Petri celebraretur. In eodem Concilio habita quoque prima mentio de septem Cardinalibus, qui proximos urbi haberent Episcopatus suos, ut assisterent Pontifici, eidem S. R. E. Cardinali annexi, de quibus sæpius occurrit mentio in Historia Ecclesiastica.

Hunaldus Dux Aquitaniæ à Carolo & Carolomanno fratribus victus & captus, post biennium simulans poenitentiam, laxatus & missus Roman, ac paulò post deficiens ad Longobardos hoc anno ab eisdem lapidibus obrutus est.

✱(770.)✱ Romana Ecclesia à Desiderio Longobardorum Rege dirè vexatur, cum enim à Christophoro & Sergio (qui strenuè ecclesiam à tyrannide Constantini vindicârunt) apud Desiderium fortiter ageretur, ut Ecclesiæ jura sua & ablata bona resti-



restitueret, ille exacerbatus consilio cum quodam Paulo Astarta cubiculario Pontificis inito, fraudulenter exercitum suum urbi admovit, & Pontificem ad colloquium evocatum, intra Ecclesiam B. Petri includit, & Christophorum ac Sergium detentos contra fidem datam excæcavit, quo ex dolore Christophorus intra triduum mortuus, Sergius autem in monasterium Clivi scauri intrusus est.

Accessit ad Pontificis & Ecclesiæ afflictionem illud quoque malum, quod Carolus Magnus hoc anno conjugem accepit Hermenegardem filiam Desiderii, cujus etiam sororem Bertham duxerat Carolomannus, frustra contra has nuptias Stephano obnitente etiam anathematis pœnâ intentatâ, ne Francorum purissima stirps & Ecclesiæ Romanæ conjunctissima cum inimico Sanctæ Sedis, & cum leproso (intellige non tam Corporis quam animi lepram) commisceretur.

Aurelius Froila Hispaniæ Rege nepote suo interempto, regnum capeffit, & ut pacem cum Abderrhamno Maurorum Rege teneret, pactus est de infami tributo Christianis Virginibus aliquot annuè Saracenis mittendis: decretum insuper iniquissimum promulgavit, ut nobiles foeminae  
Hispa-



Copronymi Præfectus Ephesus omnes Monachos & Virgines in campum eduxit, jussitq; ut illico inter se matrimonio jungerentur; reuientes autem (quorum maximus fuit numerus) oculis privatos in exilium relegavit.



✻ Ab anno 770. ad annum 780. ✻

Carolus Magnus hoc anno repudiat Bertham conjugem suam, Desiderii Regis Longobardorum filiam, ad divortium consentientibus & suadentibus Franciæ Episcopis: hinc non sine temeritate aliquid impi-



um & iniquum hic de Christianissimo Rege & sanctissimis Episcopis (quorum concilio hoc divortium factum est) opinari licebit. Desiderius autem ob remissam suam Bertham furere incepit contra Carolum, furori faces subjicientibus Hunaldo Aquitano & alterâ Berthâ, Carolomanni hoc eodem anno defuncti uxore, ac filiâ ejusdem Desiderii; ab his tantum odium adversus Carolum concitatum est, ut non aliter, quam Regni Longobardici ruinâ restingui potuerit.

Mortuus est etiam hoc anno Carolomannus frater Caroli, cujus regnum svadentibus Francis occupavit Carolus, uxore Viduâ Carolomanni, unâ cum liberis ab eo susceptis, ad Desiderium patrem in Italiam remeante. Visum enim erat securius Regnum fore in manu Caroli, quam fæminæ Longobardicæ & puerorum. Carolus autem repudiatâ Berthâ, junxit se Hildegardi filiæ Hildebrandi Ducis Savorum, cujus pietas & virtus coronari merebatur.

✠(772.)✠ Post mortem Stephani IV. hoc anno defuncti, summâ omnium concordia Pontifex creatus est Hadrianus civis Romanus, & omnibus virtutibus præstantissimus, quem statim Desiderius consue-



svetis fraudibus & armis aggressus est, ut Pontifex missa legatione ad Carolum Magnum ab eo auxilium postulare coactus fuerit, expectans in filio Pipini patris pietatem cum fortitudine conjunctam.

Habdallus Rex Hierosolymorum Sarcenus Christianos omnes, & Judæos in manibus notari & inscribi iussit, ut a suis Arabibus distinguerentur. Quam ignominiam plerique non sustinuerunt, sed relictis suis possessionibus in Romanorum ditiorum confugerunt.

✽(773.)✽ Carolus Magnus cum exercitu adversus Desiderium progressus est, quem cum suis Longobardis ex montis Cenisi faucibus expulsum, Papiæ obsedit: multas quoque Longobardorum urbes cepit, & inter cæteras Veronam, ubi nepotes suos cum Bertha inventos remisit in Franciam, ne quid turbarent.

✽(774.)✽ Carolus Magnus relicto exercitu ad Papiæ obsidionem, Romam venit Pascha celebraturus, ubi receptus est, ut primogenitus Ecclesiæ, Magistratu urbis cum signis militaribus triginta millia obviam procedente: Reliquis omnis Ordinis, conditionis & sexûs ad unum miliare cum ramis olivarum occurrentibus. Quamprimum in conspectu Caroli Magni

Cru-



Cruces quæ præferebantur, subiêre, illicò equo desiliens, pedes ad Basilicam Petri secutus est, & perveniens ad atrium ubi eum Pontifex cum reliquo Clero præstolabatur, omnes gradus singulatim deosculatus, ac demùm à Pontifice benignè exceptus, post mutuos amplexus, tenuit ingressu in Ecclesiam dexteram manum Pontificis cunctis acclamantibus *Benedictus qui venit in nomine Domini*: & hoc accidit in die Sabbathi Sancti. Post dies aliquot ad Papiæ obsidionem reversus, Urbe multis malis jam conflictatâ, cum Rege Desiderio & toto regno Longobardiæ potitus est: & ut præfidiis suis Franco è milite impositis securiùs retineret, Desiderium cum uxore in Franciam pertraxit. Desiderii filius Adalgisus fugâ elapsus ad Copronymum venit, à quo Patriciatûs titulo auctus est.

Quod scribunt nonnulli Carolum iterum post deditam Papiam Romam rediisse, & in Synodo 153 Episcoporum accepisse jus eligendi Pontificem & investituræ Episcoporum, id viri Schismatici commentum est, in gratiam Henrici Imperatoris Schismatici annis post Carolum trecentis triginta octo, modò adornatum: tam malè à Calvinistis pro-



propugnatum, ut ejus Sectæ eruditos viros pudeat ineptissimæ defensionis.

✽(775.)✽ Constantinus Copronymus plagâ divinitus percussus in crure. quæ a Græcis ἀρθραξ appellatur, vivus exustus igne invisibili, ac de blasphemis vocibus, in Sanctos ac Beatissimam Virginem jactis, poenitens (sed ut quondam Antiochus) impiam dæmoni animam evomit, verbis Christianus, operibus Judæus, Manichæus, Nestorianus, dignissimus suis cognominibus Copronymi & Caballini, quorum illud accepit à stercore quo Baptisterii fœdavit, & hoc à fimo caballino, quo se inficiebat cum aulicis, hoc odore mirifice delectatus, non autem à Cabalâ urbe ut quidam putârunt. Sepultus est in Basilica SS. Petri & Pauli Constantinopoli, sed postea refossus, in fóro publicè crematus est, quod supplicium vivus propter atrocia crimina promeruerat.

Successit Copronymo Leo IV. ejusdem filius, qui initio sui Imperii thesauros à Patre relictos inter pauperes distribuit & pietatem in B. Virginem, & amorem in Monachos simulavit, quibus etiam Episcopatus obtulit.

Reliquit Copronymus filiam Anthusam Virginem pientissimam & Patri ac fratri, diss-



diffimillimam, quæ bona omnia sua profudit in pauperes & religiosum induta habitum, in Meneo Græcorum locum meruit.

Eodem anno extinctus est Habdalla Princeps Saracenorum qui filio suo Madi Regnum & impietatem pro hæreditate reliquit.

Floret Occidentalis Ecclesia, ubi Carolus Ethnicos Saxones vicit, & Ossa Rex Merciorum Regnum suum Ecclesiæ vestigale reddidit, renovato in singulas domos S. Petri denario.

In Hispania quoque respiravit Ecclesia defuncto scelerato Aurelio, in cuius locum Silo sororis ejus filius succedens regnum à pietate auspicatus est.

✽(776.)✽ Leo Augustus favente populo & Optimatibus. Constantinum filium suum adhuc puerulum creavit Imperatorem, quem Nicetas Patriarcha coronavit, & Senatus populusque super lignum S. Crucis juramento se obstrinxerunt.

Carolus Magnus Rotgaudum Ducem Foroiuliensem Regnum Longobardiæ sibi vendicare volentem magnâ celeritate cum exercitu aggreditur, & debellatum occidit. Similiter rebellantes Saxones in Sifburgi castrî oppugnatione cœlesti visione per-



perterritos, subigit, quorum ingens numerus Baptismum suscepit.

✱(777.)✱ Telericus Bulgarorum Rex Constantinopoli Christianam fidem profectetur, & a Leone Patricii titulo honoratur, ejusq; consobrinam matrimonio sibi conjungit.

✱(778.)✱ Carolus Magnus adversus Saracenos in Hispaniam evocatus, exercitum & arma hoc anno movit, & felicibus auspiciis Navarram & Cæsar-Augustam subegit, sine autem hujus expeditionis satis infauſto, magnam partem exercitus amisit: quando Vascones in saltibus Pyrenæis prædis onustos Francos valde inhumaniter exceperunt, & extremas turmas prædis excussis interfecerunt, quos inter etiam Eggobartus regiæ mensæ præpositus & Rutlandus (alii Rolandum appellant) Brittannici littoris præfectus, desiderati sunt.

Interea fœdifiagi Saxones instinctu Widdichindi rebellârunt, quos Carolus mediâ hyeme adortus, partim in fugam conjecit, & magnam partem peremit, cæteris sequente æstate saniora consilia amplexis, & fidelitatem iteratò jurantibus. Inter hæc Hildegardis Caroli Magni conjunx peperit gemellos, quorum alter brevi extinctus, alter



alter Ludovicus in Baptismo nominatus est.

✱(779.)✱ Carolus hoc anno iterum expeditionem bellicam in Saxoniam & Westphalam suscipit, & Westphalis Saxonibusque celerem fugam arripientibus, in cruento bello victoriam consecutus, & compositis firmatisque pacis legibus in Franciam revertitur.

✱(780.)✱ Madi Princeps Saracenorum crudelem in Christianos persecutionem excitavit, iussitque eos omnes, qui ex Judæis & Gentilibus ad Christianos accessissent, fidem abjurare, aut exquisitissimis cruciatibus à medio tolli, quod decretum multos Martyres cœlo inferuit. Templaque quoque per totam Syriam solo æquavit sed his ruinis fidem non oppressit.

Leo Imperator cum in pulvinari sive lario Irenes uxoris suæ duas imagines reperisset eam à se repudiavit. Protospatharium etiam & præcipuos quosdam aulicos imaginum cultores ignominiosè expulit, aut poenis subiecit. His furis doloso furo bellè abblanditus est Paulus Cyprius genere, qui Nicetæ hæretico Patriarchæ Constantinop. successerat, & animo quidem Orthodoxus, sed foris simulatus & versipellis hæreticus erat, Imperatoriæ

M gra-



gratiæ vanus nundinator. Sed diu non distulit Deus vindices pœnas, qui hoc anno divinitus percussus Leonem sustulit. Cùm enim infaniens circa lapides pretiosos, coronam magnæ Ecclesiæ pretiosis gemmis distinctam suo capiti imposuisset, exierunt Carbunculi in capite ejus & febre ardenti expiravit. Statim ergo Irene cum filio Constantino decem annorum puero regendum suscepit Imperium, mulier à Deo fortis, quæ Nicephorum Imperium affectantem in exilium retrusit, & Leonis fratres ad Sacerdotia compulit, Arabes tumultuantes repressit & Imperium ita composuit, ut non mulier, sed fortis quidam Imperator regnare videretur.

Asserunt tum Græci tum Latini historici in longis Thraciæ muris inventam esse arcam lapideam, in eaque virum jacentem, & arcæ litteras conglutinatas in hæc verba, *Christus nascetur ex Virgine. Credo in eum. Sub Constantino & Irene Imperatoribus, O. Sal iterum me videbis.* Creditum est ab omnibus, id Prophetæ alicujus fuisse sepulchrum, divinitus ita revelatum.

Carolus Magnus post Krodum famosissimum Saxoniae idolum exterminatum, & posita fundamenta Ecclesiæ Christianæ, ac

Epi-



Episcopis destinatis, cum Hildegarde uxore sua Romam proficiscitur, & Ticini Natalem Domini religiosissimè celebrat.



## DECAS IX.

✱ *Ab anno Christi 780. ad annum 790.* ✱

781. **C**arolus Magnus cum uxore & liberis Romæ celebrat Pascha, & filios suos ab Hadriano Papa inungi curat, Pipinum quidem majorem natu Longobardorum, Ludovicum autem Aquitanix Regem. Irene quoque Imperatrix Constantinopoli Legatos mittit ad Carolum per quos filio suo Constantino Sponsam petit filiam Caroli primogenitam Rortrudim, in quem finem aliquot Græci in Gallia relictæ, qui puellam docerent linguam & mores Græcorum.

Irene Madi Saracenorum Principi per filium suum Aaronem Imperium aggresso promittit annuū tributum, & plurima munera offert pro pace redimenda, Helpidius autem tyrannus sumptis secum thesauris suis fugiens in Africam, ibi ut Imperator ab Afris colitur.

✱ (782.) ✱ Confectum est hoc anno bellum contra Slavos qui Peleponesum &

M 2

Græ-



Græciam occupaverant, factique sunt per  
Stauratium Ducem Romanis tributarii. In  
qua expeditione Joannichius miles & Ico-  
noclasta convertitur, postea Sanctitate co-  
lebris factus.

Iterum sub cinere doloso sepulta ali-  
quamdiu rebellio inter Saxones ardet,  
neque finem rebellandi & peierandi fe-  
cerunt, donec post triginta annorum bel-  
la, & strages, gentis suæ demum à suis do-  
mibus avulsæ in Galliam traductæ, & re-  
scissi rebellionis capitibus didicere pacifi-  
cè Regni & Christo obedire. Memorabile  
illud quod Rex eorum captivus & Christi  
legem edoctus, cum aliquando videret  
Carolus in Mense regiis ferculis prande-  
re, pauperes autem humi ciborum anale-  
cta capere & tenuiter pasci, hisce verbis  
Carolo exprobraverit. *Dum vester Chri-  
stus perhibeat se se in pauperibus recipi qua fronte  
persuadetis ibi nostra colla submitti, quem vos  
ita despicitis*, ad quæ verba gentilis ore  
prolata Carolus corda compunctus eru-  
buit. Pauperes deinceps religiosius &  
magnificentius enutrivit.

Circa hæc tempora Saxonia dicitur ob-  
lata Sancto Petro, ita ut denarii in singu-  
las domos annuè penderetur.

✱(783.) Alphonfus Castus dictus, eo  
quod



quoddam cum Berta conjuge sua & sorore Caroli Magni continentiam servaret, succedit Siloni Gallaciæ Regi defuncto, sed mox à Maurogato suo Patruo Saracenorum auxilio subnixus (quibus annuè centum Virgines Hispanas, 50 ex nobilibus & 50 ex plebe tributum loco pendebat) bello appetitus expellitur.

Adolinda à Silone relicta vidua monasticam vitam proficitur. Et ab Elipando Hæretico frustra ad Nestorii hæresin amplectendam tentata ejusdem blasphemorum errores ad Uxamensem Episcopum defert mox in Synodo damnandos.

HÆRESIS FELICIS URGELLITANI,  
ELIPANDI, ALIORUMQUE  
ASSECLARUM.

**F**elix Episcopus Urgellitanus ad montes Pyrenæos; ejusque sequaces Elipandus Archiepiscopus Toletanus, Jovinus & Ascarius dicebant Christum secundum naturam non esse Filium Dei, nisi nomine & adoptione, qui error cum duas personas & duos filios, unum naturalem, & alterum adoptivum, unum re ipsa & verè, alterum solo nomine poneret, hæresin Nestorij ab inferis suscitavit.

✱(784.)✱ Paulus Patriarcha Constantinop. coram primoribus Senatûs & Imperatore atque Irene publicè Orthodoxum



xum se profitetur, & qui hætenus Iconoclastam se simulabat scandalum a se datum detestatur, ac pœnitentiam acturus deposito Episcopatu in Monasterium secedit, ubi brevi post Spiritum Deo reddidit.

Post Pauli abdicationem Tarasius Imperatoribus à Secretis & vir consularis omni genere virtutum præstantissimus, adhuc Laicus & invitus quasi divino calculo ad Sedem Patriarchalem Constantinopol. eligitur: qui statim ad hæresin trium Imperatorum auctoritate insolescentem, opprimendam concilio celebrando animum applicavit.

Moritur Moyſes Rex Saracenorum qui Patri suo Madi successerat, & in locum huius Junior frater Aaron subrogatur, hic quamvis Christianos persequeretur, antecessorum cruentis vestigiis insistens, coluit tamen Carolum Magnum & frequentibus legationibus ac muneribus honoravit. Inter quæ Elephantē & horologium admirando opificio elaboratum transmisit; Cumque Carolus legatos in Palæstinam misisset ad Christi sepulchrum visitandum cum muneribus, non tantum id fieri passus est, sed ad eum misit S. Sepulchri claves ut id esse in Francorum potestate videretur.

✽(785.)✽ Hadrianus Papa missis ab Impe.



Imperatoribus & Tarasio legatis vetat Patriarchæ Constantinopolitano impertire titulum *Universalis* & quamvis improbaret ejus ordinationem & in quibusdam reprehenderet, promisit tamen se approbatum, si effecerit ut sacræ Imagines in pristinum honorem restituerentur.

✱(786.)✱ Constantinopoli milites prætoriani Iconoclastæ instinctu Episcoporum, qui eadem hæresi infecti erant, Synodum Orthodoxorum violenter disturbant. Imperatores autem Constantinus & Irene cum his tumultibus suppressendis se impares tunc animadverterent, ipsi quoque prudenter in aliud tempus Synodum differri jusserunt, paulò verò post tanquã exercitum adversus Arabes missuri cum Prætoriani omnes urbe egressi essent, eos arma deponere compulerunt, & unoquoque ad propria dimisso, aliis insuper Ducibus ac militibus constitutis, anno sequente Episcopos iterum ad Synodum convocaverunt.

Carolus Magnus mortuâ Hildegardē, ejus in locum duxit Luitgardem, concubinis etiam interdum usus, deformem maculam gloriæ suæ induxit, quam tamen aliqui volunt ita pœnitentiâ oblitteratam esse, ut splendorem sanctitatis ejus non obfuscârit.



✱(278)✱ Tarasius Patriarcha cum duobus legatis Pontificis Romani Petro Archiepresbytero ac Petro Abbate, legatis item trium aliarum Patriarchalium sedium cum multis Episcopis ac sanctis Monachis Synodum inchoat Oecumenicam septimam, Nicææ Bythyniæ urbe secundam.

SEPTIMA SYNODUS OECUMENICA  
NICÆNA SECUNDA,  
CONTRA ICONOCLASTAS.

**S**eptem Actionibus hæc Synodus definita est. sancitum in eâ, ne imaginibus etiam Christi latriæ cultus (qualis soli Deo absolutè debetur) impendatur, & damnati sunt, qui id imprudenter assererent, ac Christianis apud hæreticos idololatrarum nomen accerferent, à quo non minùs quam ab ipsa idololatria refugit Ecclesia. Editi postmodum Canones 12. de disciplinâ Ecclesiasticâ, & Tarasius lapsos recipit in pristinam gratiam, quæ causa fuit, ut quidam contumeliosè ipsum simoniæ accusarent, quod mirù non est, quia etiam adversus Hadrianum similes calumnias invidia conflavit, quibus tamen viri utriusque sanctitas non est obscurata,

Carolus Magnus hoc anno Romam venit adversus Arichisium Ducem Beneventanum Longobardum exercitum educens  
à quo



à quo facile obsides & juramentum fidelitatis extorsit. Carolus Romæ Pascha celebrans mirificè delectatus est concinā gravitate cantūs Romani in Ecclesia adhiberi tunc soliti, cujus edocendi magistros aliquos in Galliam, ac præcipuè in urbem Metensem transmisit, ut posthabito impostum cantu Gallicano, Romanus tanquam præcellentior adhiberetur.

✱(788.)✱ Hoc anno pax rupta est inter Carolum & Irenem, eò quòd rejectā Caroli filia Constantinus Mariam piissimam virginem & neptem S. Philareti, cognomento *Misericordis*, matrimonio sibi junxisset. Bellum deinde acre exarsit Imperatores inter & Carolum pro Ducatu Beneventano, quòd sub protectione Imperatorum constitutus, a Carolo nihil ominis occupatus esset; cui bello accendendo oleum affudisse creditur Aldegisus filius Desiderii, qui tunc pro Græcis in Italia militavit. Stetit victoria à Francis, capto & interempto Aldegiso, & jactari tunc cœpit proverbium τὸν Φράγκον φίλον ἔχεις γείτονα καὶ ἔχεις; Francum amicum habeas, vicinum non habeas.

De Sancti Philareti misericordia incomparabili in pauperes, illud memorari dignissimum est, quod, cum præ-



dives fuisset, diabolicâ invidiâ & fraude in penuriam redactus, in eleemosynis erogandis talis adhuc jam pauper Philaretus, qualis opulentus erat, eâdem adhuc liberalitate benignus in egenos, adeò, ut deficiente aliquando vicini sui bove, eoquæ apud Philaretum in agello cum tenui jugo ferentem de bruti jacturâ conquerente, Philaretus misericordiâ motus solum e duobus bovem alterum ei tradiderit, ipse verò cum altero jugum subierit. Quam liberalitatem remuneraturus Deus fecit, ut Augusta Irene neptem ipsius Mariam filio suo Constantino in matrimonium jungeret, ex quo ille locupletatus, & copiosus in misericordia, senex tandem migravit ad Dominum.

Carolus M. Tassilonem Bavarix Ducem, qui impulsu uxoris suæ (filix Desiderii Longobardorum Regis) sæpius rebellans veniam obtinuerat, nunc autem Avars sive ut alii appellant, Hunnos in societatem conjurationis accivit, Majestatis reum convictum, & secundum leges capite damnatum, in Monasterium includit, unâ cum filio Theodone: Hunni autem duplici exercitu, altero Marcam Forojulensem, & altero Bojariam sunt aggressi, sed utrobique victi fugatique in Pannoniam se receperunt,



runt, & postmodum continuis motibus irrequieti, per octo annos recrudescentibus bellis ingentibus cladibus, ad totius prope gentis excisionem deleti & consumpti sunt. Quorum spoliis ex ruina plurimum aliarum gentium congestis mirum in modum Franci ditati sunt. Neque tamen ex thesauris tot bellis comparatis Carolus Magnus omisit tum Romæ S. Petrum muneribus pretiosis venerari, tum alias Ecclesias ornare, & locupletare. Quâ liberalitate inter alias Bremensis quoque Ecclesia in Saxonia primò dotata & primo Episcopo S. Willehado instructa est.

✠ (789.) ✠ Hoc anno Constantinus jam viginti annorum (pertæsus a matre Irene regi, & Imperator appellari) eam in Siciliam relegare constituit, conspirantibus ad hoc amicis, Irene autem re detectâ omnes consilii auctores & complices turpiter attonfos in exilium relegavit, & Constantinum verbis simul & verberibus, castigatum, inclusum detinuit, ut satis experiretur se nondum sui-juris esse, quem fœmina tam acerbè tractâret.

Fuere Constantinopoli tanti terræ motus ut nemo domi suæ dormire auderet, sed omnes in hortis, sub dio tabernaculis factis, vel sub tentoriis degerent.







Constantinopolim sævit in Nicephorum Patruum suum. Quem milites decreverant constituere Imperatorem, qua de causa oculis illum privat & quatuor adhuc alios Nicephori fratribus linguas præscindit. Alexium quoque Patricium quem legiones Armeniæ Imperatorem sibi deponere videbantur, pariter luminibus orbat, quam crudelitatem Deus manifestâ pœnâ Talionis quinquennio post vindicavit, quando eodem mense Augusto, & eodem die Sabbathi ab Irene matre sua oculis erutis excœcatus est.

Celebratur Concilium Forojulienſe, de proceſſione Spiritûs S. contra Græcos & de incarnatione Verbi contra Elipandum, Præfuit autem Concilio Paulinus Aquilienſis, acerrimus diſciplinæ Eccleſiaſticae vindex.

Migravit ex hac vitâ vir Apoſtolicus & ſanctitate illuſtris Burckardus Episcopus Herbipolenſis, per quadraginta annos diſcipulus S. Bonifacii, cùm totidem annos illam Eccleſiam doctrinâ fidei & ſanctitate ſuâ illuſtraſſet.

✱(792.)✱ Concilium celebratur Ratiſponæ in cauſa Felicis Urgellitani, qui Elipandi ſocius in hæreſi per Galliam & Germaniâ zizania ſuorum errorû diſſeminando



do pervasit. Cum verò in hoc Concilio hæresin suam ejurasset, sedi suæ restitutus est exemplo perniciosissimo, & in hujusmodi hominibus nunquam imitando, quod tantum metus amittendæ dignitatis ad officium revocat.

✱(793.)✱ Alphonfus Castus Galliciæ Rex indigno animo ferens, nomine tributi annui, prostitui pudicitiam virginum Hispanicarum casto & puro zelo exurgens vindex tantæ injuriæ, quamvis longè viribus inferior esset, adversus Mauros nihilominus apud Asturios progressus, felici Marte pugnans septuaginta millia illorum una cum Duce Mugait occidit. Post hæc multa prælia contra Saracenos æquali sorte confecit semper victor, ut Carolus Magnus cum tam forti ac victorioso Rege amicitiaæ fœdere conjungi gloriæ suæ & æstimationis magnum incrementum esse indicaverit.

✱(794.)✱ Felix Urgelitanus cum suo socio Elipando Episc: Toletano sicut canis revertitur ad vomitum, ardentius quam antea missis quaquà versum ad Episcopos, atque etiam ad Carolum Magnum litteris, quibus nefandam hæresin suam confirmare, & eorum mentes pervertere impie, & fraudulenter moliebatur; Tanto  
malo



malo validissimè recrudescenti, ut Carolus Magnus occurreret, apud Hadrianum egit pro Concilio Francofordiæ ad Mœnum convocando. Convenerunt igitur ex Italia, Gallia, Britannia, Germania, trecenti circiter Episcopi, præsentē in ipsa Synodo Carolo Magno in qua ambo hæretici cum sua hæresi anathemate iterato plenarii Concilii iudiciis conspirantibus perculsi sunt. Quod verò Novatores de hac Synodo garriunt, in ea Synodum Nicænam Secundam, seu Oecumenicam Septimam damnatam esse, id malè & fictè asseritur. Res enim ad hunc modum contigit: quidam non satis informati per errorem opinantes, in Nicæna Synodo decretum esse, quòd imagines eodem cultu, quo ipse Deus honorandæ & invocandæ sint, unde nec à Romano Pontifice approbatum fuerit, hac quidam opinione falsâ inducti, egerunt Francofordiæ de rejiciendo Concilio, ad rem autem ventum non est; neque ille liber est Caroli Magni, ut quidam hallucinantur, vel studiosè mentiuntur, qui contra Concilium Nicænum scriptus est; Quanquam Catholici non diffiteantur, quod Carolus Magnus de multis super hoc negotio Hadrianum Papam consuluerit. Sic igitur de Synodo Francofordiensi



ensi sine errandi periculo sentiendum est, quod in eo quæ facta sunt circa damnationem Felicis & Elipandi omnino vera sint, quæ autem contra Synodum Nicænam Oecumenicā septimā jactantur illa proposita quidem esse, sed ab his Patribus non admittenda neque rejecta, quia falsis relationibus innitebantur.

✱(795.)✱ Cæca & furens libido turbabat Ecclesiæ pacem in Oriente, cum enim Constantinus Theodotem cubiculariam infano amore deperiret, Mariam uxorem suam quasi vitæ suæ insidiatam ejecit, & Theodotem per Josephum Ecclesiæ Oeconomum coronari jussit: Ob hanc causam cum Constantinum Plato & Theodorus Studita arguissent, ille carceri mancipatus, hic autem cum multis aliis Monachis verberibus cæsus est, quamvis Theodotæ conjunctus esset. Tarasius autem Patriarcha majora mala reveritus, quanquam factum improbaret, excommunicationis tamen fulmen continuit, quo effecit apud Monachos ut ipsi à communione Tarasii abstinerent, quia Josephum à quo adultera coronata fuit, ab Ecclesia non ejecisset.

Hadrianus Romanus Pontifex migravit ex hac vita postquam cum summa laude,  
maxi-



maximo rei Christiano emolumento annos viginti tres & ultra sedisset. Obitum ejus multis laerymis deflevit Carolus Magnus qui eum ut Patrem colebat, & amabat, cujus etiam sepulchrum in Romana Basilica collocatum regio ipsemet Epitaphio decoravit, & per omnia subdita regna eleemosynas pro anima ejus fieri curavit. Erat enim Carolus in Eleemosynis per totum Orbem erogandis celebratissimus. Quamobrem etiam Regum Transmarinarum amicitiam studiosè expetebat, ut Christianis sub eorum Dominatu existentibus subvenire posset. Unde titulus extat in ejus Capitularibus *de Eleemosyna mittenda in Jerusalem propter Ecclesias Dei restaurandas.*

Post obitum Hadriani nequidem per diem vacante Sede eodem die electus est Leo hujus nominis tertius, patriâ Romanus, omni Ecclesiastica disciplina instructus, Castus, mitis, facundus constans, & eleemosynarum largus, & infirmorum assiduus visitator. Fabula autem est, quam de eo fingunt, quòd Pontificatûs sui exordio passus aliquando sit carnis suæ incendium ob formosam mulierem ejus manum exosculantem, eam sibi ipse præsciderit, & statuerit, ne quis deinceps Pontifici manus



nus, sed pedes oscularetur: cum jam ante hæc tempora moris fuerit pedes Summo Pontifici Vicario Christi, & Capiti visibili in terris exosculari. Et quia eandem fabulam nonnulli attribuunt Leoni Magni testimonium tam inconueniens & inconstans, convincitur manifestum esse mendacium, & effrontem calumniandi libidinem.

✱(796.)✱ Mittit Leo Pontifex ad Carolum legationem cum muneribus nempe clavibus aureis ex S. Petri sepulchro acceptis, de more, atque Vexillo Romanæ Urbis. Mittit vicissim Carolus ad Leonem Legatum Engelbertum Abbatem Monasterii S. Richarii & munera quæ ex Hungarorum thesauro erepto consecutus erat. Malè Novatores comminiscuntur per Claves Carolum in Romanæ Ecclesiæ & per vexillum in Romanæ urbis possessionem immissum esse; ignorantes & ignorare volentes ejusmodi dona à Pontificibus mitti consuevisse Christianis Principibus, & præsertim qui Romanæ Ecclesiæ præceteris defensores erant, qualem se Carolus Magnus toti mundo ostendebat.

✱(797.)✱ Constantinus Imp. insidiis Matris Irenes captus in palatio Porphyra ubi & natus erat, oculis orbatus est, unde paulo



paulò post mortuus est, cum ejus filius ex  
 Pellice Leo dictus jam antea obiisset, atque  
 ita genus Copronymi prorsus extinctum,  
 & rursus in Matrem Imperium devolutum  
 est. Scelus hoc execrandum foret in ma-  
 tre talia audente in filium, nisi (ut multi  
 excusant) justitiæ Zelus eam impulisset,  
 quo nomine eadem post hæc meruit, a ple-  
 risque Orientalibus ejus temporis viris  
 sanctissimis deprædicari. Post hæc Pax  
 reddita & Innocentes incarcerati libertati,  
 expulsi suis possessionibus atque Ecclesiis  
 restituti sunt. Sol autem qui per conti-  
 nuos septendecim dies ita obtenebratus  
 erat, ut etiam naves in mari lucis defectu  
 errarent, non tam propter Imperatorem  
 excæcatum, quàm propter vindictam ab  
 irato numine ob fusum plurimorum Inno-  
 centium sanguinem tyranno inflictam, ra-  
 dios suos contrahebat.

\* In Occidente Barcinona quæ à Fran-  
 cis defecerat, per Zarum præfectum Sara-  
 cenum Carolo reddita est. Ad Carolum  
 quoque confugit Habdalla Princeps Arabs  
 à fratre ex Africa pulsus, cum Ludovico  
 filio Caroli jussus in Hispaniam proficisci.

✽(798.)✽ Irene Imperatoris à Princi-  
 pe Saracenorum Abdimelecho pacem petit  
 qui illâ negata Constantinopolim usq; cum  
 exer-



exercitū progressus ejus suburbia depræ-  
datus, & onustus spoliis recessit.

Tum Theodorus Studita veritus crudeli-  
tatem Saracenorum cum suis Monachis  
(qui mille fuisse scribuntur à Michaële  
jussidem Ordinis & studii Monacho) ut sal-  
vos eos redderet, Constantinopolim ad-  
duxit, atque amplissimum Studii monaste-  
rium, jam diu à Monachis parum frequen-  
tatum, habitare coepit, unde & Studitæ cog-  
nomen consecutus: ubi sancto otio pluri-  
ma tum contra Iconoclastas de novo con-  
scripsit, tum Monachorum suorum labore  
innumeros propè libros describi curavit.

Irene Legationem mittit ad Carolum  
cum muneribus, & S. Sisinio fratri Thaa-  
sii in bello capto libertatem impetrat.

Alphonfus quoque cognomine Castus  
Gallæciæ & Asturiæ Rex Carolo amicissi-  
mus per suos legatos Papilionem miræ pul-  
chritudinis, & prædatæ Ullyssiponæ, insignia  
victoriæ suæ, loricas, mulos, & captivos  
Mauros dono transmittit.

✱(799.)✱ Annus hic infamis est hor-  
rendo scelere in Leonem Pontificem per-  
petrato: nimirum nepotes Hadriani Ro-  
mani Pontificis Paschalis Primicerius &  
Campullus sacellarius Ecclesiæ Romanæ,  
invidiâ tabescentes, cum Pontifex septimo  
Kalen-



Kalendas Maji solenni ritu litanias majores cum universo Clero ac populo celebraret in ipso itinere armati cum suis sequacibus occurrentes, ante monasterium SS. Stephani & Sylvestri populum inermem exturbârunt, Leoni verò crudeliter cæso oculos eruerunt, & linguam præciderunt. eundemque intra ecclesiam monasterii tractum, ante ipsum altare plagis proscissum ac semivivum custodiæ tradiderunt. Sed cum rursus inde noctu in monasterium S. Gerasimi in arctiorem custodiam deductus esset, eadem nocte per intercessionem SS. Apostolorum divinitus visum recepit, & lingua ei restituta est. Quapropter inde suorum quorundam industriâ clam in Vaticanum abductus, mox cooperantibus legatis Caroli Magni à Spoletano Duce Winigiso, qui repente cum exercitu advenerat, ductus Spoletum, paucis post diebus ad Carolum Magnum Paderbornæ in Saxonia tunc morantem pervenit, & humanissime susceptus est, & post aliquot tempus cum amplissimo Francorum Antistitem & Optimatum comitatu Romam rediit; ubi jussu Caroli de perduellibus inducta quæstio est, in quos cum sententia capitis pronunciata esset, obtinuit Pontifex ut relegarentur, quia id Ecclesiæ consuetudo



tudo postulat, quæ pia mater ad mortem non progreditur: impios tolli è medio non vult, sed tantum emendari.

✱(800.)✱ Susceptus est hoc anno Carolus Romæ ut Protector Ecclesiæ, ei quæ obviam processit Leo Nomentum usque, & honorificentissime excepit 8. Kal. Decembris; Quæstio tunc instituta est de criminationibus in pontificem, neque enim qui eum tam malè mulctarunt, gratias in eum impii esse voluerat. *Quia verò prima sedes à nemine judicatur*, in Ecclesia S. Petri coram Carolo Magno, Præsulibus & Optimatibus Gallorum & Romanorum, Ambo bene conscenso jure jurando super sancta Evangelia de objectis criminibus se purgavit his verbis, quæ in libro sacrorum rituum Romanæ Ecclesiæ leguntur.

**E**go Leo Pontifex S. R. E. à nemine ne judicatus neque coactus, sed meâ voluntate impulsus, purgo me præsentibus vobis coram Deo & Angelis ejus, qui conscientiam novit, & B. Petro principe Apostolorum, in cujus conspectu consistimus, neque sceleratas res, quas mihi obijciunt, per-

petrâ.



petrâsse, neq; perpetrari jussisse; De-  
um testans, in cujus iudicium venturi  
sumus, & in cujus conspectu consisti-  
mus. Et hoc facio non legibus ullis  
obstrictus, neque hanc consuetudi-  
nem aut decretum in sancta Ecclesia  
successoribus meis, & fratribus Coë-  
piscopis imponere cupiens, sed ut  
iniquis vos suspicionibus liberem.

Hoc quoque anno (secundum eos, qui  
annos Redemptoris non à Kalendis Janua-  
rii, sed à Natali Domini auspicari solent)  
idem summus Pontifex Leo mirabili pror-  
sus & singulari Numinis instinctu, in die  
Natali Domini universo Clero & populo,  
& Optimatibus, in Ecclesia S. Petri con-  
gregatis, Carolum Magnum nihil, ut Hi-  
storici testantur, de hac re cogitantem,  
dum ante confessionem S. Petri ab oratio-  
ne surgeret, Imperiali coronâ insignivit,  
& Romanum Imperatorem pronunciavit,  
ter universis acclamantibus CAROLO PIS-  
SIMO, AUGUSTO, à DEO CORONATO, MAGNO,  
PACIFICO, IMPERATORI ROMANO, VITA ET  
VICTORIA. Posthac oleo sacro inunxit &  
hic ne se oblato munere indignum osten-  
deret:



deret, juravit se Ecclesiæ protectorem fore, quoad viveret, iisdem verbis, quibus iurandum a posteris etiamnum fieri consuevit, quæ in eodem libro rituum præperiuntur.

In nomine Christi spondeo & polliceor ego Carolus Imperator coram Deo & B. Petro Apostolo me protectorem ac defensorem fore S. R. E. in omnibus utilitatibus, quatenus divino fultus fuero adjutorio, promiscivero & potero.

De huiusmodi Imperii translationis convenientia & sedis Apostolicæ Romanique Pontificis eadem auctoritate fusè Baronius hoc anno, ea quæ à Novatoribus obijciuntur refutans, & copioso tractatu Bellarminus adversus Iliricum & alios Centuriatores, nec quisquam sententiam in re gravissimi momenti contra Pontificem ferre præsumat, quam causas necessariæ huius translationis perpendit, & de Pontificiæ pietatis amplitudine doctè sanctèque eruditus fuerit.

Hoc interim certum, undecunque Imperium venerit, à Carolo retineri potuisse, & ipso eventu demonstratum est, magno Ecclesiæ Orbisque Christiani bono, summam rerum apud levissimos Græcos, ad hæresin & schismata nimis propensos, ab eo tempore desisse.

#### HÆRESIS ALBANENSIIUM.

1. Duo posuerunt principia bonum & malum, Bonum vocabant Christi Domini Patrem, omnis



omnis boni & novi Testamenti auctorem, alterum malum, & omnis mali, ac etiam veteris Testamenti auctorem.

2. Opinabantur ante Christi adventum nullum hominem justum, nequidem Adamum, neque Moysen, neque alium fuisse.

3. Blasphemabant Deum per se ipsum nullum malum præscire, sed tantum per adversarium suum demonem.

4. Mundum nunquam esse coepisse, nec unquam ab eo statu, quo est, desitutum.

5. Christum ex B. V. carnem non sumpsisse, nec verum hominem fuisse, nec verè edisse, nec passum esse, nec verè mortuum, & in vitam revocatum non esse, denique nec in cælum ascendisse.

6. Dicebant, nullas à Deo animas creari novas, sed quæ excessere è corporibus, in alia corpora migrare, quod Pythagoras omnium primò somniavit.

7. Liberum arbitrium non esse, nec peccatum ab eo proficisci.

8. Usuras illicitas non esse, nec ullam eas restituendi obligationem.

9. Juramentum omne Christianis esse prohibitum, ut illo nunquam uti liceat.

10. Nullum esse peccatum originis, quare nec infantes egere Baptismo.

11. Baptismo nullam inesse vim, & altaris Sacramentum nihil esse.

N

12. Eum



12. Eum, qui peccatum admisit, nec posse  
nec debere confiteri.

13. Extremæ Unctionis Sacramentum nihil  
esse.

14. Et malum esse Matrimonium.

15. Posse hominem ex se Spiritum Sanctum  
elargiri.

16. Improbam Sacerdotum vitam & Sacra-  
mento, & ei, qui Sacramentum suscipit, officere.

17. Nullum improbum creari posse Episco-  
pum.

18. Non posse Ecclesiam à communione fide-  
lium arcere sceleratos.

19. Ab Ecclesia nihil statui vel præcipi posse.

20. Ecclesiam nihil posse possidere, nisi quod  
in communi offeratur.

21. Corporum resurrectionem non esse.

22. Generale Iudicium jam factum esse, &  
nullum faciendum superesse.

23. Alia supplicia impiis sustinenda non esse  
in inferis, nisi eadem, quæ nos in hac vita fati-  
gant. Imò nec purgatorium propriè, nec in-  
fernum esse.

HÆRESIS BAGNOLENSIUM, SEU  
BAJOLENSIUM, QUI ET CON-  
CORDENSES, seu COZOCEN-  
SES VOCANTUR.

**E**osdem cum Albanensibus errores habuere,  
præter paucos quosdam peculiare.

SÆCUL.